TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0056

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

Ms 550

Statu-
ta
Tulme-
tii

Fppr
56

Mto

Stu

ta

Tne

Jppm
56

56. - *Statuta et Ordinamenta Communis Terre Tulmetii* (1403). — Incipit: « Nos Antonius Dei gratia Sanctae sedis Aquilegiensis Patriarchae... etc. » Explicit: « Datum in Castro nostro Utini die primo Aprilis, Indictione « undecima Anno Domini MCCCCIII ». La presente copia fu consultata dal dott. Vinc. Joppi per l'edizione del 1898 (Udine, Doretti) come collazione al Cod. membranaceo del sec. XVI esistente nel Municipio di Tolmezzo. « Benedictus Venerio P. F. J. Locumt. — ... ut nomen et titulos « Patriarchae descriptos in ipsis Statutis mutare debeatis in nomine et « titulis Illustrissimae Dominationis antedictae (nostrae Venetiarum) etc. « — Datum Utini die XVI Maii 1572. » — Tergo: « Nobilibus dilectis nostris « Gastaldioni et Juratis ac Consilio Tumetii ». (Da copia in un esemplare dello Statuto della Terra di Tolmezzo, nella Bibl. del Seminario di Udine. — Vinc. Joppi). La conferma di questi Statuti fu fatta dal Patr. Antonio il 18 Marzo 1406 (Cfr. *Spinotti Agostino*, Gli antichi e recenti privilegj della Cargna — Venezia, 1740 — a pag. 20 e seg. — Cfr. anche *Bini*, vol. 66 Mss.).

Questi Statuti furono editi due volte; la prima tradotti in italiano da anonimo e stampati in Tolmezzo nel 1883; la seconda nel testo latino originale, con raffronti a cura di V. Joppi.

1294 — 20 Febbraio: « Statuto patriarcale che gli osti di Tolmezzo paghino il dazio del pane e vino che vendono nelle loro osterie e per pasto, come lo vendessero al minuto, e così pure paghino il dazio del formaggio Tedesco. (Ex Notis Walterii notarii Civitatensis — Cfr. Memor. *Belloni*, vol. III, fol. 114 tergo). Precede l'Indice dei Capitoli.

A carte 46 terminano gli *Statuti*. Da carte 48 a 68 seguono *Privilegia* del 1256 e anni seguenti coi tabellionati dei Notai dell'epoca. Da carte 80 a 111 vi sono *Scritture della Communità di Tolmeggio concernenti la Separatione della Patria del Friulj, et altro, dell'anno 1420 sino al 1620.* In fine avvi la seguente nota: « Ab Haeredibus Dominorum Cylleniorum « habuit hunc librum Jo. Bapta Co. Camucius die 15 Februarij 1725. » 56

Sono aggiunti alcuni fogli sciolti con notizie raccolte e scritte da Vinc. Joppi: « Datia — Vicini Terre Tumetii forenses habitatores in Villis Carneae — Registro della Muda di Tolmezzo — Carta Statuta antiqua quae ibidem de consuetudine praticantur et observantur (Appendice edita) — Decreto del Senato (16 Luglio 1420) col quale si accetta la dedizione di Tolmezzo e della Carnia alla Signoria; segue la Lettera Ducale (edito).

Un vol. in-4° coperto di pergamena, conserv. media; scrittura del sec. XVII di più mani.

+

COPIA STATVTORVM ET ORDINAMENTORVM COMMVNIS TERRE TVLMETII ET PRIMO·

Nos Antonius Dei gratia Sanctæ sedis Aquilegiensis Patriarcha.
Ad præsentium notitiam, et perpetuam memoriam futu=
rorum preces fidelium admittendas decernimus, illas uide=
licet, quæ libertatem, salutem, conseruationem, et pacificum
statum concernunt, et non deuiant à tramite rationis. Sane
in nostri præsentia constituti dilecti fideles nostri mag.r
Leonardus Nicolai Piutti, et Joannes Paiussius Not. de
Terra nostra Tulmetij, [Ambaxiatores, et nuntij dilectorum fideliu. nostrorum Castaldionis, Camerarij, Co. et Communitas terræ nostræ præfatæ Tulmetij] nobisq. cum instantia humilius
supplicarunt, ut certas gratias, iurisdictiones, immunitates,
ac statuta eis concessas, et concessa, ac confirmatas, et confir=
mata p. bonæ memoriæ Dnos Raymundum, Lodouicum,
et Joannem prædecessores nostros, similiter confirmare,
et approbare benignius, at gratiosius dignaremur. Nos uero
fidelitatem, et deuotionem dictorum nostrorum fidelium,
quam ad nos, et prædecessores nostros, nostramq. Aquilegien=
sem Ecclesiam semper feruenti animo habuerunt mente
aduertentes benigna, et ut ad deuotionem, et fidelitatem
huiusmodi feruentius animentur. ipsorum fidelium nos=

torum supplicationibus benignius
Privilegium Concessum fr. Franne Patriarca d'Aquileg C. 62 et 63.
Sacra.tis debitum, Consilium Dm̃o Tasbaldioni. à C. 9
De licentia, et aut.e q. Intuicini in trenga à C. 17
De Off.o Camerarij et gnto tempe deat suffede à C. 19
De Off.o Provisorum et aute — — à C. 22.
De pena q. incurrunt adunab. factes à C. 28
De pena rusticor. imponentium uadias et penna à C. 33.
De pena incidentium ligna in nemoribus seu siluis bannitis — à C. 33.
De pena homicidij — — à C. 36
Nicolo Patriarca à to C. 56
Dedicat.e fatta alla Ser.ma Rep.a C. 81
Authorità di puoter reuocare le ptinegl altri conseegli gtte però che non sono stabe stridabe — C. 82
Lars contra pacta, privilegia, stabita, et Conc.s nullius momti è et puni q. rec C. 82. à to
Concess.as bonos Dnij stretig veut. deté ce non gtet fieri nisi pptu devoat ofiu Lalbaldis C. 84 in fin et à to
Accettat.e della Contrata nella protett.e della Città di Tol.e — C. 65 usq. à 79
Nicolo Patriarcha C. 56 à to in fin. et 57
Raimundus — C. 52

+

COPIA STATVTORVM, ET ORDINAMENTORVM COMMVNIS TERRE TVLMETII, ET PRIMO.

Nos Antonius Dei gratia Sancte sedis Aquilegiensis Patriarcha. Ad præsentium notitiam, et perpetuam memoriam futurorum preces fidelium admittendas decernimus, illas uidelicet, quæ libertatem, salutem, conseruationem, et pacificum statum concernunt et non deuiant à tramite rationis. Sane in nostri præsentia cõstituti Dilecti fideles nostri mag.r Leonardus Nicolaj Piutti, et Joannes Paiussius Notj de Terra nostra Tulmetij Ambaxiatores, et nuntij dilectorum fidelium nostrorum Gastaldionis, Camerarij, Consilij, et Communitatis Terræ nostræ præfatæ Tulmetij, Nobisq. cum instantia humiliter supplicarunt, ut certas gratias, iurisdictiones immunitates, ac statuta eis concessas et concessa, ac confirmatas et confirmata p bonæ memoriæ Dños Raymundum, Lodouicum, et Joannem prædecessores nostros, similiter confirmare, et approbare benignius, ac gratiosius dignaremur. Nos uero fidelitatem, et deuotionem dictorum nostrorum fidelium, quam ad nos, et prædecessores nostros, nostramq. Aquilegiensem Ecclesiam semper feruenti animo habuerunt mente aduertentes benigna, et ut ad deuotionem, et fidelitatem huiusmodi feruentius animentur,

R

ipsorum fidelium nostrorum supplicationibus benignius annuentes, ipsas gratias, iurisdictiones, et immunitates in praeuilegijs dictorum nostrorum predecessorum serosius declaratas, et iuxta ipsorum praeuilegiorum continentiam, et tenorem, nec non statuta inferius declarata si et in quantum honorem,
R. et statum nostrum, ac conseruationem iurium nostrorum, et Ecclesiae nostrae in dicta nostra contrata concernant, nec illis habeant modo quolibet derogare, quibus etiam per expressum non intendimus, quod pntibus derogetur modo quocunque. Per nos, et successores nostros, ac uice, et nomine nostrae Aquilegiensis Ecclesiae omnibus modo, iure, et forma, quibus melius, et efficacius possumus de speciali gratia ratificamus, et confirmamus, ac in omnibus, et per omnia approbamus. Tenor autem dictorum statutorum per omnia talis est Primo.

~~De blasphemantibus Deum, ac eius genitricem intemeratam~~.

De blasphemantibus Deum, ac eius genitricem intemeratam.

1: Statuitur, et ordinatur, quod qualibet persona subiecta Gastaldiae Carneae, et Terrae Tulmetij, uel forensis, quae contra Deum, et matrem eius uirginem intemeratam, aut aliquem, seu aliquos sanctorum, aut sanctarum eius linguam in blasphemiam exponere psumpserit, in Tulmetio,

seu Gastaldia Carneæ incidat in pœnam quadriginta de=
nariorum. Quam pœnam si non soluerit de præsenti facta
condemnatione trahi debeat per sub pontem rugiæ situm
iuxta molendinum de plathæa usq; ad murum domus Com=
munis Tulmetij. Et si qua persona fuerit tantæ temerita=
tis, quod percussserit, seu dederit, uel deturpauerit figuram
Dei, seu eius genitricis, uel sanctorum eius cum cultello,
uel alio quocunq; modo cadat in pœnam duplam. de quibus
adhibeatur fides cuilibet de consilio, uel alteri fide di=
gno.

De pœna iniuriantibus Dnum Gas=taldionem, uel eius locum tenentem. 3

2: Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona sit tantæ
temeritatis, ut dicere præsumat, uel exprimere uerba
aliqua iniuriosa contra, et aduersus dnum Gastal=
dionem, uel viceGastadionem Carneæ dum officium exer=
cet ex eo quod dominum pro cæteris personis debet ti=
meri, et honorari. si qua uero persona contrafecerit
cadat in pœnam unius marchæ denariorum.

De pœna iniuriantibus Dominum Gastaldionem uti supra proxime extra eius officium. 4

3: Statuitur, et ordinatur, quod si qua persona dixerit, uel protulerit contra, et aduersus Gastaldionem, uel eius locum tenentem ratione, uel causa sui officij uerba iniuriosa, uel opprobiosa ~~contra~~ cadat in poenam mediæ marchæ denariorum.

Si quis dixerit uerba iniuriosa contra Camerarium. ℞

4 Statuitur, et ordinatur, quod si qua persona dixerit aliqua uerba iniuriosa, uel opprobiosa contra, et aduersus Camerarium eius officium exercentem, uel occasione sui officij cadat in poenam centum denariorum.

Si quis dixerit uerba iniuriosa contra officiales Dnij, uel consilij Terræ Tulmetij

4 Statuitur, et ordinatur, quod si qua persona dixerit uerba iniuriosa, uel opprobiosa contra, et aduersus prouisores, Not., seu alios officiales Dnij, et Communis Tulmetij, seu consiliarios, dum officium suum exercent, seu Communis Statuta dicunt, uel faciunt, ut Deus eis præstiterit, uel eius officij occasione, cadat in poenam mediæ marchæ denariorum.

Si quis dixerit uerba iniuriosa contra Juratos Terrae Tulmetij.

6. Statuitur, et ordinatur, quod si qua persona dixerit uerba iniuriosa contra, et aduersus Juratos Tulmetij, ac sententiantes in causis uertentibus in Terra Tulmetij, uel contracta Carneae occasione eorum officij, uel dum officium suũ exercent, cadat in poenam mediae marchae denariorum. Si autem dixerit talia uerba, quae sint contra honorem Jurati, uel sententiantis, cadat in poenam unius marchae denariorum, et nihilominus teneatur manutenere uel dedicere, uti in statuto sequenti continetur.

Quod nulla persona dicat uerba iniuriosa contra honorem alicuius personae.

7. Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat dicere uerba iniuriosa, uel opprobiosa contra, et aduersus aliquam personam uocando eam furem, homicidam, falsum, proditorem, spoliatorem prauum, uel huiusmodi uerba, quae tangant contra honorem illius, cui dicta fuerint, uel essent digna morte uel pati poenam in membris, uel persona. Quod si quis dixerit, et non probauerit dicta per eum uera esse cadat in poenam uiginti denariorum, et more antiquo teneatur iurare corporaliter ipsum, cui dixerit dicta uerba, non

cognoscere eiusdem delicti, uel opprobij, nisi quod callidítate, ac ira inductus eadem uerba dixit, et quod mentitur est suo scire, p ut hucusq in talibus solitum est fieri. Et si iurare neglegerit, teneatur parti iniuriata et iniuria sua taxanda p Iurator, uel consilium Tuimetij, et ad soluendum sibi dictam iniuriam compellatur realiter, et personaliter. Si uero aliqua persona prædicta uerba p eum p lata uera esse uelit probare, admittatur ad faciendum dictam probationem, quam si in primo termino legitimá non fecerit, et ulterius uelit admitti ad probandum, et petat sibi supra terminum assignari utraq pars, uidelicet tam dictorum, quam cui fuerint dicta eadem uerba, dummodo sint talia, propter quæ illa persona, uel membris, uel de stando in carcere, debeat penes Dnium remanere, uel si Iuratis, aut Consiliarijs uidebitur secundum uerba prolata per easdem partes idoneam fieri cautionem, uel p earum alteram de iuri parendo, utraq pars, uel earum alteram, uti ipsis iuratis, uel consilio fieri apparebit, facere teneatur, seu apud Dominium remanere usq ad ius cognitum. Et si nõ probauerit, teneatur in libris decem denariorum, et parti expensas reficere realiter, et personaliter, et licet probauerit teneatur in poenam supradictam uiginti denariorum solum, et nõ aliud. Saluo si Dominio querimoniam ueridicam exponendo dicta uerba proferret, de quibus peteret sibi fieri iustitiam, quo casu nullam poenam incurrat.

Si quis dixerit uerba iniuriosa contra patrem, uel matrem.

8 Statuitur, et ordinatur, quod si qua persona fuerit tantæ iniquitatis, quod uerba aliqua iniuriosa uel opprobiosa dixerit, uel protulerit contra, et aduersus patrem, uel matrem, subito persona dilinquens cadat in poenam uiginti denariorum, quam si illico non soluerit claudatur in carcere à Domino per tres dies naturales, et de prædictis adhibeatur fides patri uel matri, et cuilibet personæ fide dignæ.

De iuramento prestando Dño Gastaldioni uel Vicegast.ni in primo suo introitu Gastaldiæ, et quæ ad eius spectat officium.

9 Statuitur, et ordinatur, quod Dñus Gastaldio Carneæ uel Vicegastaldio in suo primo introitu in honore, et statu bono Aquilegiensis Ecclesiæ, Dñi Patriarchæ, Terræ Tulmetij, et contratæ Carneæ iuret corporaliter ad sancta Dei Euangelia, homines seu uicinos, et habitatores Terræ Tulmetij, et contratæ Carneæ per laudum, et sententiam ducere seu menare, et ultra laudum, et sententiam eos non grauare. Item aliquem uicinium, seu habi=

torem Terræ Tulmetij non ducere, seu duci facere in castro, dummodo idoneam præstet cautionem. Saluo tamen in casu uulnerationis ad mortem aut occasione furti manifesti aut per sententiam Juratorum uel consilij, uel pro quadijs sententiatis, in quibus quattuor casibus possit, et ualeat unumquemque ducere, seu duci facere in Castro. Item statuta et ordinamenta Terræ Tulmetij, et Gastaldiæ Carneæ, ac uicinos seu habitatores eiusdem Terræ Tulmetij toto posse manutenere, et non contrafacere. Item damna, ac pœnas ac condemnationes dicti Comunis adiuuabit exigere, et quod per maiorem partem consilij, et saniorem mandatum, ordinatum, seu definitum fuerit, executioni mandabit, et secreta tenebit, quæ erunt secreta tenenda. Item quod uacante sede Aquilegiense castrum Tulmetij cum munitione ipsius nulli dabit, uel consignabit, nisi Vice Domino Aquilegiensi legitime electo, seu Capitulo Aquilegiensi sine consensu Consilij antedicti. Item suo scire, et posse restaurare, recuperare, augere, et manutenere, et in utilitatem Ecclesiæ Aquilegiensis conuertere omnia, et singula iura, bona, territoria, et possessiones ~~quouis modo~~ quouis modo detentas, uel occupatas, siue fraudatas in ipsa contrata, et Gastaldia, eidemque spectantia, et pertinentia.

Sacramentum debitum per consiliũ

silium Domino Gast.ni in primo aduentu eius.

ii Statuitur, et ordinatur, quod Camerarius Communis Tulmetij, et homines Consilij nomine dicti Communis iuret, et iurent esse obedientes et fideles Dno Gastaldioni uel eius viceGast.ni in honore, et statu bono Ecc.æ Aquilegiensis, Dni Patriarchæ, et ipsius Gastaldionis, iuraq. et iurisdictiones Aquilegienses Ecc.æ in dicta Gastaldia, p posse defendere, et tueri secundum antiquas consuetudines, et statuta ipsius Gastaldiæ, et Terræ Tulmetij.

De cridis fiendis p Dnum Gast.nem ne carnes laticinæ extra contratam Carneæ exportentur.

ii Statuitur, et ordinatur quod secundum antiquam consuetudinem Dnij et Communis Tulmetij annis singulis p præfatum Gast.nem fiant cridæ p eius præcones alta uoce in Tulmetio, et dicta contrata Carneæ, quod nulla persona in ipsa contrata habitans audeat, uel præsumat uendere uel uendi facere alicui personæ ducenti, seu ducere facienti extra ipsam contratam carnes laticinas. Et hoc inter utrunq. pascha uidelicet resurrectionis Dnicæ,

et Pentecosten sine Gastaldionis, et Domini licentia, et consensu. Contrafacientes vero tam venditores quam ductores cadunt pro singulo, et singulo capite in poenam quadraginta denariorum.

De grida mensurarum.

12 Statuitur, et ordinatur, quod praefatus Dnus Gastaldio teneatur, et debeat annis singulis à festo Circumcisionis usque ad festum Resurrectionis Dni facere fieri gridas in terra Tulmetij, et plebibus Carneae alta voce praeconis, quod quilibet de ipsa terra, et contrata habens aliquas mensuras mensurandi vel ponderandi portet, et portare teneatur in Tulmetio in manibus iuratorum ipsorum, et ipsius terrae ad iustificandum, et ad bullandum bulla ipsorum iuratorum, et hoc sub poena 40 denariorum pro quolibet contrafaciente, et singula mensura diuidendorum per medietate inter Gastaldionem, et Jurator.

De electione Capitaniorum, et Decanorum.

13 Statuitur, et ordinatur, quod singulis annis Dnus Gastaldio Carniae ex debito sui officij mandatum facere debeat

debeat hominibus quarteriorum Tulmetij, Sancti Petri, Gorti, et Subcleuij, ut teneantur, et debeant eligere unum Decanum si et in quantum Gast. unum ponere uellet et non inueniret emptores ipsarum Decaniarum, et unum Capitaneum sufficientem pro quolibet quarteriorum in loco consueto infra terminum per Dominum eis statutum in honore, et statu bono Aquilegiensis Ecclesiae, Domini Patriarchae, et Gastaldionis Carneae pro primo mandato sub poena unius marchae denariorum pro secundo mandato in poena uigintiquinque librarum. tertio in poena quinquaginta librarum, et ulterius uti sibi, et juratis suis, et Terrae Tulmetij uidebitur, Domino applicandarum. ipsosque Capitaneos electos, et Decanos teneantur ipsi homines quarteriorum ducere, et presentare Domino Gastaldioni in Tulmetio, ut recipiant ab eo sacramentum in formam debitam. qui uero fuerint electi de dictis officijs Capitaniatus et Decaniae, et impedire nec se intromittere debeant uel praesumant dumtaxat prius sacramentum non acceperint praefatum. Contrafacientes uero cadant ipso facto in poenam quinquaginta librarum pro singula uice, et ulterius prout Domino et juratis uidebitur et nihilominus omnia per eos acta nullius sint ualoris.

De causis bonorum Ecc.æ Aquilegiensis definiendis per D.num Gast.nem

14 Statuitur, et ordinatur quod D.nus Gast.s ex eius officio libere sine strepitu iudicij possit, et valeat decidere, et terminare, et deffinire cum consilio bonorum virorum Terræ Tulmetij omnes, et singulas causas, lites quæstiones, et differentias bonorum Aquilegiensis Ecc.æ sitorumque in contrata Carneæ et quod à diffinitione, et sententia per ipsum facta neutra partium possit appellare.

De sacramento præstando Capitaneo Terræ Tulmetij, eiusque quarterij, et totius contratæ Carneæ per D. Gast.ne et com.ne dictæ Terræ

15 Statuitur, et ordinatur, quod Capitaneus Terræ Tulmetij, eiusque quarterij iuret ad sancta Dei Evangelia esse fidelis, legalis D.no Patriarchæ, Gast.ni Carneæ, et eidem Communi, et officium Capitaneatus iuste, et fideliter exercere in honore, et statu bono Aquilegiensis Ecc.æ D.ni Patriarchæ seu vice D.ni Generalis totius patriæ Fori=

Forijulij, Gastaldionis Carneæ, et Coīūr Terræ Tulmetij et neminem ipsius Terræ ac quarterij agrauare, seu molestare communiter, nec diuisim ultra laudabiles, et antiquas consuetudines ipsius Terræ, ac statuta nec coltas seu impositiones ipsis hominibus imponere, nisi de mandato, consensu, et deliberatione Dnij, et consilij ipsius Terræ Tulm. Et ipsam Terram cum quarterio eiusdem, ac contratam Carneæ defendere, et custodire toto posse et uexillum Aquilegiensis Eccl.æ parere fideliter, et obedire.

De officio Capitanei Terræ Tulmetij.

16: Statuitur, et ordinatur, quod in die Circumsisionis annis singulis teneatur, et debeat Capitaneus ex officio suo facta arenga, seu uicinio eligere, ponere et deputare cum consilio prouisorum Coīs in quolibet capite decenæ unum caput decenæ, et eidem postam, seu custodiam in ipsa Terra Tulm declarare infra quartam diem à pdicta die Circuncisionis. Ad quam postam, seu custodiam ipse caput decenæ cum psonis suæ decenæ subiectis teneatur, et debeat ire cum armis eis impositis, et ipsam custodiam, seu postam custodire suo posse, et hoc quandocunq. fuerit Eis forà extrinsecus, seu necesse, et inde nō recedere sine licentia, et uoluntate ipsius Capitanei. Contrafacientes uero ipsi decenarij puniantur in media marcha denariorum,

et

qui sub eius decena fuerint in denarijs quadriginta. Item quod caput decenæ de mandato prefati Capitanei teneantur ut debeant quasuis coltas, et factiones impositas per consilium ipsius Terræ à quibuslibet uicinis, et habitatoribus Terræ predictæ exigere, et Capitaneo antedicto exactas dare, et persoluere, et hoc sub prefata poena, et in termino posito per Capitaneum, Camerarium uel Consilium. Item quod unusquisque caput decenæ possit cōstringere sub eadem poena debentes soluere coltas et factiones per Coni, sicut Capitaneum, et de mandatis factis relationem Camerario, uel Capitaneo facere, uel denuntiare, et bona personarum, quibus fuerit impositæ uendi ad incantum facere. Item quod quandocunque fuerit aliquis rumor, seu cijfora in Terra Tulmetij, seu pulsauerit ad martellum, quod Capitaneus unà cū alijs uicinis Terræ Tulmetij teneatur currere cum armis suis ad platheam, et stare prope Gastaldionem, eique, et Consilio obedire, et ab eo nō discedere absque eorum licentia, et mandato in honore et statu bono Eccl.æ Aquilegiensis, et ipsius Terræ. Contrafacientes uero ipse Capitaneus cadat in p.a decem librarum solidorum. Alij uero uicini, et habitatores cadant in poenam quadriginta denariorum. Item quod singulis annis in singula plebe quarterij Tulmetij plebesani teneantur eligere unum Capitaneum

neum minorem, quem electum infra terminum eis sta=
tutum mittere ad dictum Capitaneum Tulmetij, qui deserat
ei sacramentum ut infra est notatum. Contrafacientes
uero cadant in poena mediae marchae denariorum. Item
quilibet Capitaneus minor electus iurare teneatur
in manibus Capitanei praefati esse fidelis, legalis et
obediens d. Gastaldioni, ipsi Capitaneo, et Comuni Terrae
Tulmetij in honore, et statu bono Ecclesiae Aquilegiensis
domini Patriarchae, Gastaldionis Carneae, Comunis Tulmetij
et ipsius quarterij, mandatis et dominij, et ipsius Capita=
nei obedire fideliter, et parere, coltas impositiones, et
quascunque alias factiones sub suo Capitaneatu exigere
et exigi facere, ipsasque exactas praefato Capitaneo Tulmetij
dare, et consignare. Contrafaciens uero cadat in poena
quadraginta solidorum augendum tamen secundum
inobedientiam ipsorum contrafacientium. Item quod
quandocunque necesse fuerit Capitaneus praefatus una cum
d. Gastadione licentiam habeat requirendi, et mandan=
di hominibus, et personis ipsius Terrae, et totius quar=
terij, ut ueniant ad custodiam ipsius Terrae, et quarterij,
ubi fuerit expediens ad honorem, et statum, ut supra
Contrafaciens uero in Comuni cadat in poenam uigintiquinque
librarum solidorum si uero diuisim in poenam quadra=
ginta denariorum. Item quod Capitaneus antedictus

Inter

inter utrumq. passa annis teneatur, et debeat facere mostram hominum, et armorum quarterij Tulmetij, in quam mostram uadant, et accedere debeant omnes, qui possunt arma ferre a septuaginta annis infra, et quindecim supra in Tulmetto, et ibi scribantur nomina personarum, et arma eorum. Contrafacientes uero non uenientes ad mostram cadant in poena quadriginta solidorum. Item quandocumq. p.fatus Capitaneus ad requisitionem D.ni Patriarchae aliquam gentium cumulationem fecerit de quarterio, et extra contratam non iuerit, quod Capitanei minores, et sibi subiecti expensas factas p. dictũ Capitaneum teneantur et debeant ipsi Capitaneo reficere, et persoluere. Item quod Capitaneus Com.is Tulmetij, quandocumq. ad requisitionem D.ni Patriarchae aliquam gentium adunationem fecerit in Tulmetto et tota contrata Carneae eleuato uexillo dicti Com.is possit licentiare duos de dicto quarterio Tulm.i ex ipsis stipendiarijs, et unum p. quolibet aliorum quarteriorum, et pagas ipsorum p. suo labore, et salario recipere, et retinere. Et hoc quandocumq. cum eisdem gentibus exiuerit Terra Tulmetij p. defensionem, et tuitione patriae, et ipsius contratae. Item quandocumq. dictus Capitaneus cũ Capitaneis aliorum quarteriorum Carneae fuerit extra contratam quod possit mandare p.fatis Capitaneis, et

stipe=

stipendiarijs, et corporalibus, eosq condemnare realiter, et personaliter, prout casus emerserint periculosi, ipsaq mandata, et condemnationes etiam executioni mandare.

Sacramentum præstandum per Dnum Gastaldionem Capitaneis quarteriorum S.ti Petri, Gorti, et subclevij.

17 Statuitur, et ordinatur, quod Capitanei dictorum quarteriorum iurent corporaliter ad Sancta Dei Euangelia esse fideles, et legales Dno nostro Patriarcæ, eiusq Gastaldioni Carneæ, et Coi Terræ Tulmetij, ac hominibus ipsorum quarteriorum. Et neminem sui quarterij molestare, seu grauare ultra mandata octo solidorum, nec aliquas coltas hominibus ipsorum quarteriorum imponere, nisi de mandato Dnj. Minoribus Capitaneis in ipsis quarterijs electis sacramentum debitum præstare, et nullum tractatum, seu quæuis ordinamenta facere in contrata, nec uolentibus facere consentire imo totis uiribus, et posse resistere quæ redundare possent in uituperium, dedecus, detrimentum, præiudicium, et damnum iurium, et status boni Aquilegiensis Ecc.æ Dni Patriarcæ Terræ Tulmetij et contratæ Carneæ, et omnia ad ipsum officium capitaneatus spectantia

tantia, et pertinentia iuste fidelitor et legaliter exercere in honore, et statu bono Aquilegiensis Ecc.^ae^ D. Patriarchae, Gastaldionis Carneae, Terrae Tulmetij, et contratae Carneae. Si quos uero contrafacientes senserint denuntiare, manifestare, et intimare subito teneantur, et debeant D. Gastaldioni, seu eius vicegast.^mi^ Et omnia mandata ei, seu eis p D. Gast.^nem^ facta fideliter, et legaliter obseruare, et executioni mandare. Ipsi uero Capitanei contrafacientes cadant in poena quinquaginta librarum solidorum Dnio applicandorum, et ulterius secundum qualitatem delicti, et excessus. Item ad omnem requisitionem, et mandatum D. Patriarchae uel Gast.^nis^ Carneae in suis quarterijs gentes subito congregabunt, ipsasque gentes in Tulm, uel alibi, ubi Dnio placuerit presentare, et exeuntes contratam Carneae cum eorum gentibus uexillum Terrae Tulm sequi, et Capitaneo dictae Terrae obedire et parere. Item quod annis singulis ad mandatum, et requisitionem D. Gastaldionis Carneae mostra armorum, et gentium totius contratae, et Gastaldiae Carneae debeat fieri p ipsos Capitaneos, et eius subditos in Tulmetio, si eidem Gastaldioni uidebitur, super quo suam conscientiam oneramus. Contrafacientes uero Capitanei cadant in poena quinquaginta librarum, et non uenientes ad mostram in poena quadraginta denariorum.

De

De modo, et ordine seruando per Capitaneos antedictos in accumulatione gentium facta.

18 Statuitur, et ordinatur, quod quandocunq. ad requisitionem D.ni Patriarchæ Capitanei quarteriorum Carneæ, uidelicet Tulmetij, S.ti Petri, Gorti, et Subdeuij ueniunt Tulmetium cum stipendiarijs, seu gentibus teneantur, et debeant ibidem coram D. Gastaldione, et eius Cancellario facere mostram personarum, et armorum, in qua mostra scribantur nomina personarum, et eorum arma. Item quod si quis stipendiarius in dictis quarterijs electus per eorum uicinias non fuerit in mostra fienda, et requisitione complenda cadat in poenam unius marcæ denariorum, et nihilominus, Capitaneus illius quarterij, in quo defuerit, teneatur ad suppletionem efficiendam personarum deficientium. Item quod facta antedicta mostra, quandocunq. de mandato D. Patriarchæ, uel eius Gastaldionis Carneæ antedictos Capitaneos cum eorum gentibus seu stipendiarijs oportuerit exire contratam Carneæ in defensionem patriæ Forijulij, et contratæ Carneæ, ipsi Capitanei quarteriorum S.ti Petri, Gorti, et Subdeuij teneantur, et debeant parere, et obedire Capitaneo Terræ Tulmetij, ne eiusdem terræ sequi, quocunq. ierit, eundo, stando, et redeun=

redeundo, et subito tamen cum exierint portas Tulmi eo-
rum blanderias, seu uexillum plicare, et inuoluere ac plicatas,
et inuolutas tenere. salua tamen in custodia, seu locis
ad hoc se, et specialiter eis deputatis in honore, et statu
bono Aquilegiensis Ecclesiae Domini Patriarchae seu uicedomini
Generalis totius patriae Forijulij Gastaldionis Carneae, et
omnis Terre Tulmetij. Contrafacientes uero cadant in
poenam uigintiquinque librarum, et ulterius prout Domino
Gastaldioni placuerit.

De iuramento sumendo per Decanos à Dnio, et eorum officio.

19 Statuitur, et ordinatur, quod quilibet Decanus, siue juratus Domini Gastaldionis in Decanijs suis, quando primo decanias intrant in manibus dicti Gastaldionis uel Canecllarij sui corporaliter ad sancta Dei Euangelia iurare teneantur esse fideles et legales Domino nostro Patriarchae Ecclesiae Aquilegiensis, Domino Gastaldioni, et eius officialibus, mandatisque eorum parere, et efficaciter obedire in honore, et statu bono Aquilegiensis Ecclesiae Domino Patriarchae, et cetera ut supra rebellesque denuntiare ipsi Domino Gastaldioni. Item Garittum coram se regere debite, et ordinate, non audiendo tamen coram se litem, uel caussam aliquam à centum solidis

sub

sup, nec Item sup exfortio, territorio, iniuria, sequestratio=
ne, uel credita nisi de licentia D. Gastaldionis, uel
per sententiam sibi commissum fuerit. Item iura Ecc.ae
Aquilegiensis, si qua sciuerit occupata, uel usurpata Dño
Gast.mi notificare, et pro posse recuperare, et conseruare.
Item si quas sciuerit pustotas locandas, seu locatas, et
non assentatas Dnio denunciare. Item homicides malefac-
tores, si quos sciuerit, senserit, uel audiuerit esse in
contrata, quos tangat punitio personalis, uel membri,
persequi, et capere, et ad manus, seu fortiam Dni
Gastaldionis producere, uel eidem subito, et sine mora
denuntiare. Item alias querelas, quae non tangerent
personae uel membri punitionem, et contrafacientes
ordinamentis, et statutis Dnij Carneae, uel sententijs
Iuratorum eius denuntiare intra quindecim dies, à die
quo sciuerit, uiderit, uel audiuerit. Item pontes, uias
publicas, et Comes, ruinatas, fractas, uel deuastatas ap=
tare, seu aptari facere per debentes, et Dnio intimare.
Item si quos sciuerit pupillos, uel adultos in eorum
decanijs, uel iurarijs, et nullis tutoribus, uel curato=
ribus carentes, uel habentes, et eorum bona, et personae
per eos male tractarentur, uel prouiderentur, denuntiare

Dnio

et propalare. Item iura, et fictus Aquilegiensis Ecc.ae de m.to d.ni Gast.nis solite exigere à massarijs, ipsosq. non agrauare ultra eorum debitum, ipsaq. iura, et fictus fideliter eidem d.no Gast.ni uel cui commisserit presentare, consignare, et soluere. Item si quem sciuerit tractare, uel tractantes contra honorem et statum eorum d.ni nostri Patriarchæ, uel eius Gastaldionis Carneæ, seu eorum ~~officia~~ officialium in contrata, uel extra, denuntiare ~~[illegible]~~ d.nis intimare, et manifestare. Item si quæ statuta ordinamenta, uel banna sciuerit, uel audiuerit de nouo in contrata peracta, uel dictata, quæ redundarent in damnu' uel præiudicium Aquilegiensi Ecc.æ in dicta gastaldia uel iurisdictione, seu iuribus eiusdem d.nis notificare. Item quasuis appellationes coram eos interpositas per litigantes admittere, et ipsas infra tertiam diem à die interpositæ appellationis inclusiue coram d.nis, et Iuratis suis in Tulmetio ad iudicium sedente exponere et de processu allegatione, seu allegationibus partium litigantium relationem facere, habita tamen debita solutione. Item ad requisitionem cuiuscunq. sub eorum decaniis, et iurarijs uinum uendere uolentis, teneantur uinum ponere ad spi

nam

nam cum consilio bonorum virorum de villa, ubi vinum venditur, iuxta cursum contratae, qualitatem vini, et valorem et pro positionis vini per quolibet vase habere debeat bucias vini duas. Et si qua persona gravata fuerit de positione vini facta per decanum, seu iuratum possit et valeat se reducere, et retrahere ad D. Gastaldionem Carneae et eius iurator Terrae Tulmetij, portando et ipsomet vino, et eisdem iuratis D. tando. Item alia, et singula fideliter facere, procurare, et solicitare ac operam ad eius officium vere spectantia, et pertinentia. Non advertentes amicos, seu inimicos, nec commodum aut incommodum suum, vel alienum sub poena quinquaginta librarum solidorum toties committenda et exigenda per singulo capitulo quoties fuerit contrafactum.

De electione officialium Comunis Terrae Tulmetij

20: Statuitur, et ordinatur, quod singulis annis in vigilia Circumcisionis Camerarius Comunis Tulm. hora debita, et consueta congregare teneatur, et debeat ad sonum campanae in domo Comunis consilium, in quo consilio eligantur officiales novi, videlicet Capitaneus Capitaneum, Camerarius Camerarium, Jurati Juratos, Provisores alios

Pro=

Prouisores qui electi et denuntiati p Camerarium inde licentientur, Et si per Dnium, et consilium, seu p maiorem partem consilij reperientur sufficientes, confirmentur, et in quaterno Coris scribantur. Alioquin p consilium praedictum de sufficientioribus prouideatur qui officiales electi in secretum teneantur usq in crastinum, donec in arenga in Ecca Sancti Martini congregata diuulgabitur publice. Item quod Statutus Camerarius suo officio teneatur facere fieri proclamationem publicam p totam terram Latmi, quod omnes uicini, et habitatores dictae terrae debeant et teneantur in crastinum, uidelicet in die Circuncisionis uenire, et interesse in arenga completa sine licentia Dnij, et Camerarij, uel alias legitima causa interueniente sub poena denariorum quadraginta.

De modo tenendo per Camerarium in die Circuncisionis in arenga.

21: Statuitur, et ordinatur, quod in die Circuncisionis Camerarius ex officio suo debeat, et tenetur celebrata maiori missa pulsari facere campanam tertia uice p arenga congreganda, et claudi facere stationes cuiuscunq generis et tabernas,

in qua

in qua quidem arenga esse debent D. Gastaldio, Officiales, Consiliarij, uicini, et habitatores dictæ Terræ et in eadem Cancellarius teneatur, et debeat propalare, et declarare officiales antedictos, quibus propalatis, et nominatim reuelatis, sacramentum primo deferatur Cancellario prout inferius declarabitur. Deinde per dictum Cancellarium præstetur sacramentum Capitaneo, Camerario, Juratis, et Prouisoribus de eorum officijs fideliter exercendis iuxta formam, et modũ in statutis inferius annotatis. quibus peractis prefati officiales, uidelicet Capitaneus, Camerarius et Jurati se à parte trahentes licentiam habeant eligendi consiliarios dicti cõis ibidem et publicandos. A

De licentia et auctoritate quam habent uicini in arenga.

22 Statuitur, et ordinatur, quod licitum sit cuilibet uicino, et habitatori Terræ Iutri exponere, proponere, querelare, et allegare quæcunque uoluerit tam in propriam quam in Cõis utilitatem, et ibidem audiatur et definiatur.

De pena in quam incurrunt contrafacientes definitioni factæ in arenga

23 Statuitur, et ordinatur quod super omnibus propositis, et

singulis

singulis querelatis, et dictis in dicta arenga per quascunque personas vicinos videlicet, et habitatores Terrae Tulmetii fiat diligens scrutinium ut moris est et quicquid per dictum Gastaldionem et maiorem partem hominum de dicta arenga fuerit definitum, conclusum, et determinatum, cum effectu executioni mandetur. Contrafacientes vero praefatis definitioni, conclusioni, et terminationi, si de consilio fuerint, cadant in poenam decem librarum si extra consilium cadant in poenam quinque librarum denariorum, inremissibiliter exigendarum.

De Jurmento prestando Camerario Comunis Terrae Tulmetij.

Statuitur, et ordinatur, quod Camerarius iuret ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis officium Camerae Comunis Tulmetii iuste et legaliter, bona fide, sine fraude facere bona, et res utilitatem ipsius Comunis suo posse regere saluare et gubernare, omnemque utilitatem ipsius Comunis facere et procurare, ac inquirere accusatores et quos sciuerit accusandos, et statutis Terrae Tulmetii contrafacientes in quaterno Comunis scribi et ipsos puniri, et condemnari facere. Condemnationes, et bamna ad dictum Comune spectantia et pertinentia exigere, amicum

non

non leniando inimicum non grauando ultra statuta definitio
nem et ordinationem consilij expensas iustas, et rationabi
les facere et expendere non tamen ultra summam librarum
quattuor denariorum nisi de mandato consilij, uel prouisorum,
et debitis loco, et tempore uidelicet in singulo quatridua
no ieiunio rationem reddere, et demum finito eius ter=
mino in Circuncisione nouo Camerario infra octauam fi
nalem, et totius anni facere rationem, et complere, et
ab octaua ultra si non compleuerit, seu fecerit, cadat
in penam uiginti denariorum pro singulo die, et hoc facere
teneatur, et debeat præsentibus consiliarijs, uel quibus
commissum fuerit super propositionibus, et querelis factis
in consilio quicquid per maiorem partem consiliariorum
ordinatum siue definitum fuerit, executioni pro posse
mandabit, et secretum tenebit, quæ erunt secreta te
nenda, et non reuelabit donec per consilium fuerit aliter
terminatum.

De intrata exigenda per Camerariũ.

Statuitur, et ordinatur, quod Camerarius Communis Iumetij in prin
cipio sui officij teneatur, et debeat facere inuentarium de
bonis et rebus dicti Communis, omnemque intratam, seu redi=
tus ipsius Communis in quaterno scribi facere, et exigere.

De mandato fiendo condemnatis per Camerarium in Tulmetio.

Statuitur, et ordinatur, quod Camerarius Cōis Tulmetij possit et ualeat unicuiq. condemnato, seu condemnatis Precipere et mandare sub poena tertij quartus infra terminum ei, uel eis statutum debeant soluisse condemnationem. Et si condemnatus, uel condemnati non soluerent, teneantur ad condemnationem integram, et dictā poenam.

In quibus est exemptus Camerarius

Statuitur, et ordinatur quod Camerarius Cōis Tulmetij durante anno sui officij non teneatur aliquid facere in Cōie, nec aliquam factionem, seu coltam soluere, uel alia preter officium Camerae. Item quod nō debeat, uel praesumat extra Terre Tulmetij hospitari, nisi uno de consilio loco sui dimisso in dicto officio, quem tamen teneatur et debeat Prouisoribus, uel Cancellario. Contrafaciens uero cadat in poenam uiginti dinariorum, p qualibet uice.

De auctoritate data Camerario in faciendo pulsare consilium.

Statuitur, et ordinatur, quod Camerarius Cōis Tulm. possit quandocunq. uoluerit, et teneatur quando necesse fuerit

facere pulsare consilium, et proponere causam quare pulsari fecerit, et factis propositionibus petere circumquaque consiliarios incipiendo à dño Gast.ne Et quod per maiorem partem, et saniorē consilij definitum, sententiatum, determinatum fuerit scribi facere per Cancellarium, et toto posse executioni mandare. Et pariter ibidem litigantes, et merito suspectas, siue quos cōmodum, uel incommodum tangeret licentiare à dicto consilio. Item statuitur, et ordinatur, quod Camerarius antedictus non possit, nec ualeat locare, nec aliquo modo alienare aliqua bona mobilia, uel immobilia dicti Cōis. Contrafaciens cadat in poenam uiginti solidorum. centum et nihilominus locatio, siue alienatio per ipsum facta nullius sit ualoris, et hoc quandocumque facta fuerit sine licentia, et uoluntate consilij.

Quanto tempore Camerarius, qui uno anno fuerit, debeat de dicto officio supsedere.

Statuitur, et ordinatur, quod qui uno anno fuerit Camerarius Cōis Tulmi grauari non debeat, nec possit per dictum Cōe ad dictum officium Camerae rursus acceptandum usque ad annos decem successiue, et immediate sequuturos dicto anno suae camerae exclusa. Item statuitur, et ordinatur, quod quilibet Camerarius suo officio durante teneatur, et debeat fieri facere, et laborare circa terram, uel pertinentias Tulmetij fortilicia

tilicia, uel muros, foueas, turres uel rostas expendendo quartam partem pretii daciorum dicti Cōis. vbi tamen p consilium, uel maiorem partem defenitum fuerit fore magis necesse laborare sub p.a uigintiquinq librarum denariorum, in quam ipse Camerarius incurrat, salua tamen excusatione legitima, uel iusta causa interueniente, quare non teneatur.

De vaijtis continuo ponendis, et deputandis per Camerarium

Statuitur, quod quilibet requisitus et deputatus ad faciendam vaijta seu custodiam p Camerarium se presentare debeat in plathea prope scalas domus Cōis ipsi Camerario in uigesima quarta hora, uel circa ad recipiendum locum vaijte et mādatum, seu custodiam deputandam p ipsū Camerarium sub poena octo denariorum p quolibet contrafaciente: et nihilominus expensis, et damnis ipsius contrafacientis possit Camerarius deputare, et eligere aliam personam p dicta custodia facienda. Si uero se presentauerit, et in loco suo posita nō fuerit, uel steterit calat in poenā quadraginta denariorum, et fortius puniatur, pro ut casus emerserint periculosi, et de hoc adhibeatur fides cuilibet vaijte seu officiali dicti Communis.

De crida Becchariæ fienda.

Statuitur, et ordinatur, quod quilibet Camerarius ex officio suo annuatim fieri faciat per præconem, et nuntium Dnj et Cõis Tulmetij publicam cridam super platzeam Cõmuni Tulmetij, incipiendo die Dominica mediæ quadragesimæ singulis diebus dominicis usq. ad Dominicam palmarum successiue, et inclusiue quod si quis uicinus, uel habitator Tulmetij uelit accipere onus, et officium Becchariæ denuntietur Camerario, uel Prouisoribus, et prima die Lunæ sequente Dnicam palmarum dictum officium detur Becchario in consilio, et eius mandato in duabus taleis petentibus, et uolentibus ipsam becchariam per annum integrum.

De iuramento et officio Juratorum.

Statuitur, et ordinatur, quod præfati quattuor Jurati teneantur et debeant corporaliter iurare ad sancta Dei Euangelia sedere in iuditio pariter cum Dnio in Tulmetio hora uesperarum uidelicet cum pulsatum fuerit ad uesperas, uel aliàs quacunq. hora requisiti fuerint per Dnium causa legitima, et necessaria interueniente ad sententiandum, et definiendum in omnibus, et singulis causis litibus et controuersijs uertentibus coram præfato Dnio inter quascunq. personas, et sententias bonas, iustas et rationabiles dare, et promulgare secundum allegata, et probata, ac antiquas, et laudabiles consuetudines, ac statuta ipsius Terræ, et secundum ipsorum iuratorum conscientiam. Contrafaciens uero iuratus

non

non ueniendo, et non sedendo, ut pfertur cadat in penā octo
denariorum. Item mensuras iustas facere secundum mensuras
magistras, et principales dicti Cõis, et quas inuenerit paruas
et iustificari non ualentes in tribus locis incide, quas uero
iustificauerit, bullare Accipientes p qualibet mensura aliàs
non bullata, et per iuratos iustificata de nouo, et bullata
denarios quattuor p qualibet uero aliàs iustificata, et bul=
lata denarios duos, et nihil aliud. Item quascunq; perso=
nas in terra Tulm in contrata Carneæ non ponderantes,
uel mensurantes iuste, et legaliter cum mensuris iustifica=
tis, et bullatis, et omnes contrafacientes statutis Dominij,
et Cõis Tulmetij denuntiare Dñio, uel Camerario aut
Notario Communis, et secreta tenere dicta proposita, et de=
finita in consilio. Item quandocunq; recedere uoluerint, seu
per aliquot dies se absentare à terra Tulmetij teneantur
cum uoluntate Dñij, uel Camerarij alium dimittere loco
sui idoneum, qui iuret ipsum officium legaliter exercere
durante eius absentia. Item quod pfati iurati ad requi=
sitionem D. Castnis ire debeant cum eodem quocunq; per
contratam ad audiendum, uidendum, definiendum, et deci=
dendum quasuis questiones teritoriales uertentes inter ~~quas~~ quas=
cunq; personas contratæ prædictæ, et super loco sententiare
et quod à sententia ibidem lata, et promulgata neutra par=
tium possit appellare, habita tamen solutione debita per
eorum

eorum laboribus, et uia, et saluo tamen iusto impedimento. Contrafacientes uero sententijs, et definitionibus antedictis per ipsos juratos declaratis appellando, uel aliter contrafaciendo cadant in poenam unius marchae denariorum, et nihilominus sententia, et definitio remaneat firma. Item quod dum requisiti fuerint per aliquos uicinos, uel habitatores terrae Tulmetij ire et ponere cum consilio bonorum uirorum de dicta terra juste, et legaliter uinum ad spinam, carnes ad minutum, et alia huiusmodi iuxta consilium eis datum, et eorum deliberationem. Contrafacientes uero uendendo uinum carnes, et huiusmodi, Dnio. Camerario, uel Cancellario notificare, et ipsi jurati habeant à quolibet cauponario pro quolibet uase buccias quattuor per pusturis. Item statuitur, quod prefati jurati habere debeant per quolibet percussore alicuius, qui extra periculum pronuntientur per medicum, et per quolibet ~~bennito~~ bamnito, cui gratia redderetur et per sententiam absoluatur ducattum unum, ut moris est.

De tempore, quo Jurati debent esse exempti de eorum officio. 3

Statuitur, et ordinatur, quod jurati, qui uno anno in officio fuerint per Cone grauari non debeant ad ipsum officium acceptandum usque ad tres annos integros, et immediate sequentes anno eorum officij excluso.

De iuramento

De iuramento Prouisorum

Statuitur, et ordinatur, quod Prouisores in uicinio in die Circuncisionis iurent corporaliter ad sancta Dei Euangelia ad laudem, et statum, et honorem Aquilegiensis Ecc.ae D. Gast.nis et Conis Tulmetij utilia ipsius Communis prouidere, facere, et exercere, et inutilia pratermottere, et euitare p posse. Omnes contrafacientes ordimentis, et statutis Dnij, et Conis Tulmetij reuelare Camerario, uel Cancellario, et in quaterno dicti Conis, et eius pertinentijs ubicunq., et quandocunq. necesse fuerit. Item ubi sentiet aliquam inimicitiam, seu discordiam inter aliquas personas de Terra Tulmetij se immiscebunt, et interponent p posse ad pacificandum, et concordandum. Et si qua ipsarum partium, seu personarum renuerit, et negligens fuerit, ipsi prouisores teneantur referre in consilio. Item si quos pupillos sciuerint tutoribus carentes, uel adultos curatoribus, eisdem facient prouideri, et nomina pupillorum, et tutorum, et curatorum, nec non rationes, et iura ipsorum facta in quaterno Conis scribi facient.

De auctoritate Prouisorum.

Statuitur, et ordinatur, quod Prouisores unà cum Camerario,

et Nota=

et Notario Cõnis Tulmetij possint aperire omnes litteras ue=
nientes dicto Cõni uel consilio, et ambaxiatores audire, et
super dictis litteris, et ambaxiarijs describere, et respondere,
si onus non fuerit magnum, nisi talia forent, quæ magni
essent ponderis, et consilij congregatione indigerent. Item
quod pfati Provisores congregato consilio uti Camerarius,
et Cancellarius habeant auctoritatem licentiandi extra consilium
partes, inter quas est quæstio, et omnes meritò suspectos et quos
tangere commodum, uel incommodum crederent.

De iuramento præstando Consiliarijs Tulmetij.

Statuitur, et ordinatur, quod pfati consiliarij electi iurent corporaliter
ad sancta Dei Euangelia honorem, et statum ipsius Cõnis proui-
dere, tractare, et procurare in honore, et statu bono Ecclæ Aquile=
giensis, et ut sa et quando pulsare audiuerint ad consilium
uenient, et super propositis, expositis, allegatis, et probatis
in consilio iuste, et legaliter consulere, et omnes personas
quas uiderint, sciuerint, uel audiuerint dicere, facere, uel trac=
tare contra statum, et honorem Aquilegiensis Ecclæ D. Patri=
archæ, Castri Cãrneæ, ac Cõnis Tulmetij, ac statutorum
ipsius Terræ Dño, uel Camerario, et Notario ipsius Cõnis
statim intimabunt, et denuntiabunt, et quæ proposita, dicta,

allegata

allegata, et deliberata fuerint in dicto consilio penes se habebunt, et nemini reuelabunt, donec per dictum consilium determinatum, et definitum utrum fuerint publicanda, uel reuelanda. Contrafacienter uero non ueniendo ad consilium, et respondendo antequam super propositionibus factis sit petitum cadant in poena octo denariorum, saluo tamen iusto impedimento per consiliarios approbando.

De poena manifestantium propositiones, et difinitiones consilij.

Statuitur, et ordinatur, quod si aliquis de consilio fuerit tantae temeritatis, quod diceret, propallaret, uel ~~manifest~~ manifestaret alicui non existenti de consilio id, quod fuerit ibidem propositum, terminatum, et definitum cadat in poenam decem librarum denariorum, et nihilominus deinceps in dicto Comuni non deberet habere officium amplius, nec ei credi.

De consiliarijs loquentibus sine licentia, et super non petitis.

Statuitur, et ordinatur, quod si aliquis consiliarius loqueretur sine licentia Camerarij super non propositis, uel consuleret super non petitis factis tamen ibidem primo propositionibus cadat in poena quattuor denariorum.

De Rebeccantibus in consilio.

Statuitur, et ordinatur, quod nullus irato animo debeat rebeccare, uel uerbis altercare, seu sedendo surgere contra alium in consilio, dato quod manum ad arma non imponeret. Contrafaciens cadat in poenam centum denariorum, et si ibidem manum poneat ad cultellum, licet non euaginaret, cadat in poenā decem librarum denariorum, si uero fuerit tantae iniquitatis, quod euaginauerit cadat in p.am duplam.

De aduocatis dandis in consilio miserabilibus personis.

Statuitur, et ordinatur, quod singulis annis in consilio eligantur duo aduocati, qui de auctoritate et permissione ipsius consilij proponant, allegent, atq; defendant p posse, et de iure, et iura miserabilium personarum in consilio tantum sine pretio, et similiter Cancellarius Cōnis nihil p scribēdo in dictis consilijs recipiat.

De contradicentibus definionibus consilij, uel eas reuocare uolentibus.

Statuitur et ordinatur quod si qua persona fuerit tantae temeritatis, quod contradicere, aut reuocare presumpserit diffinitiones per maiorem partem consilij factas

et ter=

et terminatas cadat in poenam quadriginta denariorum, et nihilominus definitio firma remaneat.

De sacramento praestando Cancellario Communis

Statuitur, et ordinatur, quod Cancellarius electus per consilium iuret corporaliter ad sancta Dei Euangelia statum, honorem, et utilitatem dicti Cõis, et in honore, et statu bono Aquilegiensis Eccae et ut supra fideliter, et legaliter procurare, promouere, et conseruare. Item scribere fideliter in quaterno Cõis omnes accusator, et accusandos, et omnes contrafacientes statutis dictum Cõis, et secreta tenere definitiones, ~~et terminationes ipsum Cõe, et consilium tangentes fideliter scribere in quaterno Cõis, diem, locum, et tes~~ et proposita in dicto consilio. Item omnes, et singulas definitiones, et terminationes ipsum Cõe, et consiliũ tangentes fideliter scribere in quaterno Cõis diem, locum, et testes ponendo, et se subscribendo, ut propterea perpetuo appareant, definitiones uero alias personas tangentes scribere teneatur, si sibi soluantur. Item obedire, et efficaciter parere Camerario, et Prouisoribus ipsius

ipsius Cõmis, et ad scribendum, et operandum omnia, et singula, quæ p̄ prefatos mandatum, et definitum fuerit.

De sacramento præstando custodibus ignis, et eorum officio

Statuitur, et ordinatur, quod p̄fati custodes super ignem deputati per consilium iurent corporaliter ad sancta Dei Euangelia bona fide ignem in ipsa terra Tutm inquirere scrutari et custodire, et ubicunq sciuerint, aut audiuerint ignem non bene gubernari, et exerceri, et qui possit facere uel inferre damnum uel periculum illum extingui facere, ac trina uice in mense si fuerit optimum per domos uicinorum ire inquirendo predicta, et etiã pluribus uicibus, si ipsi uidebunt fore necesse, et ubi uiderint periculum mandatum facient in pœna, et pœnis nõ excedentibus summam quadraginta dnariorũ, et Camerario, seu Cancellario notificare de eorum mandato. Contrafacientes uero dicti custodes puniantur ad beneplacitum Dnij et Communis, siue consilij.

De sacramento prestando saltarijs Comunis, et eorum officio.

Statuitur et ordinatur quod singulis annis per Camerarium eligantur, et ponantur custodes quattuor, siue saltarij, qui iurent, et iurare teneantur coram ipso, et prouisoribus corporaliter ad sancta Dei Euangelia omnes personas uicinos uel forenses, quas uiderint cum animalibus ipsorum uel alienorum in bonis uel pratis alterius pignorari et illi cui damnum factum fuerit denuntiare. Item quod si quas personas uiderint, uel inuenerint in hortis, et bonis alicuius uicini Camerario, uel Cancellario notificare, amicum non leuiando et inimicum non grauando. Item statuitur, quod dicti saltarij pro quolibet grege animalium inuento in pratis, praedijs, uel bonis alicuius uicini, uel habitatoris, seu pro uno solo capite tantum habeant pro multa, et eorum labore custodiae si de die denarios quattuor, si de nocte denarios octo.

De iuramento praeconum, et eorum officio

Statuitur, et ordinatur, quod quilibet praeco futurus in terra

terra Tulmetij, et Castaldione Carneæ iuret D. Castaldioni et Camerario Cõis Tulmetij ad sancta Dei Euangelia esse fidelis, rectus, et legalis eidem D. Castᵐⁱ. et Cõi pdicto, ~~utili~~ utiliaq eis inquirere et inutilia prætermittere, citationes cedularum affixiones quarumcunq comissas de licentia Dñij fideliter facere. psentare, nec non pignus, et pignora uendere, quaslibet cridas, et proclamationes de uoluntate Dñij, et ne sine exponere, et præconizari et prædictisq requisitus iustas relationes referre, et aliquod pignus extra terra Tulmetij iuxᵃ antiquissimam consuetudinem ultra ualorem quinq solidorum non uendere, et aliqua pignora in Tulmetio incantata non deliberare alicui forensi, nisi uicinis, uel habitatoribus terræ Tulm, ac omnia alia, et singula facere, et iuste exercere, quæ ad suum spectant officium. Contrafaciens uero præco cadat in pᵐ quadriginta denariorum, et nihilominus ponatur ad birlinam, et ibidem stare debeat p XXIIII horas. Item statuitur, quod nullus præco extra Tulm habitans possit, audeat, uel presumat aliquod bonum immobile alicuius personæ cuiuscunq ualoris, et conditionis fuerit, incantare, et uendere, uel deliberare, proferre aut sic, et commissionem præconi in terra habitanti facere t incantu sub pœna unius

marchæ

marchae denariorum. Et nihilominus incantus seu venditio nullius sit valoris. Item statuitur, et ordinatur quod quilibet praeco habitans Tulmetij incantans aliquod bonum immobile, ut profertum, non audeat, uel praesumat ipsum deliberare, nisi primo ipsum incantauerit uice per terram Tulm. de una porta ad aliam alta uoce praeconia, sed ipsum incantare, et non deliberare, nisi ille qui ipsum bonum incantare facit, praesens fuerit, et consentiet deliberationi. Contrafaciens uero cadat in poenam quadriginta denariorum, et nihilominus uenditio cassa remaneat. Item quod quilibet praeco habitans Tulmetij, uel contratae Carneae facta professione alicui de bonis mobilibus alicuius cuiuscunque generis ipse praeco semel per terram Tulmetij de una porta ad aliam alta uoce praeconia debeat incantare ipsa bona, et deliberare non audeat, nec possit, nisi de mandato uendi facientis, et ibidem praesentis. Contrafaciens puniatur in denarijs quadraginta. Item statuitur, et ordinatur quod quilibet praeco habitator Tulmetij, uel Contratae Carneae teneatur, et debeat ad requisitionem Dnij, et Camerarij Cois Tulm. citare, et pignorare, aliaque quecunque facere ad eius officium spectantia intra Tulm. sine aliquo praetio..

De salario præconum

Statuitur, et ordinatur, quod quilibet præco habitans Tulm. qui incantauerit aliquod bonum immobile p cedulam ultra ter septem dies ad ins.m alicuius uicini, uel habitatoris ipsius terræ Tulmetij, et ipsum modo debito deliberauerit, et relationem fecerit habeat denarios duos monetæ Aquilegiensis p qualibet marcha incantus, si fuerit de denarijs si uero de soldis soldos duos inspecta tamen qualitate debiti, qua bona uendantur, et non in genere, et hoc si incantus debitum excederet. A quolibet uero forensi denarios quattuor p marcha si de denarijs, si de solidis soldos quattuor. et nihil aliud. Item quod quilibet præco habitans Tulm. uel contratæ, qui incantauerit aliquod bonum mobile p cedulā una die tantum ad ins.m alicuius uicini, uel habitatoris ipsius terræ Tulmetij, et ipsum debito modo deliberauerit, et relationem fecerit, siue sit mobile, siue immobile sp fertū p mobile habeat ab ipso denariorum unum p qualibet marcha denariorum si uero solidorum soldum unum inspecta quantitate debiti, ut proxime profertur, à quolibet uero forense duplum. item quod quilibet præco habitans Tulmetij, uel contratæ, qui aliquem citauerit ad ins.m alicuius uicini, uel habitatoris Tulm. seu pigno:

rauerit

rauerit, et pignus uendiderit debito modo habeat p citatione denarium unum, p relatione denarios duos, et p pignore et relatione proffessionis pignoris, et uenditionis denarios duos. A forense uero pro citatione denarium unum, p relatione denarios quattuor, et similiter de pignoribus, uti sup proxime continetur. Item quod quilibet praeco habitator Tutm uel contratae requisitus ire p uillas Cast.ae carneae quorumque habere debeat p eius naulo denarium unum p quolibet miliare tam à uicinis, quam à forensibus terrae, et contratae.

Si quis dictorum officialium recusauerit uicinium Tutm propter aliquod officium communis.

Statuitur, quod si quis fuerit electus ad aliquod officium co͠is, et à uicinis ob dictam caussam se retraxerit, seu amplius uicinus esse non uellet, cadat in poenam uigintiquinque librarum solidorum, et nihilominus à domo sua habitationis infra tres dies recedat, et terram exire debeat, uel intrare carceres, et ibi stare diebus quinque naturalibus, nec amplius p uicino haberi debeat, nec in terra habitare donec uicinium iurauerit p annos decem, et securitatem idoneam de ipso

de ipso uicinio ꝓsisterit, ac officium prædictum adimple-
re debeat, si dicto Communi placuerit.

De modo, et forma treugarum.

44 Statuitur, et ordinatur, quod quilibet requisitus ꝑ D.nium, seu Prouisores, consiliarios, uel alios officiales D.nij, et Com.is Tulmetij teneatur, et debent secundum formam atiquitus obseruatam treguas facere à die, quo requisitus fuerit usq ad terminatum, et statutum in dictis treugis, et apponatur poena manus dexteræ, uel pedis, et quinq marcharum denariorꝫ. Et pœna manus uel pedis ꝑueniat offenso, et poena quinq marcharum perueniat Dominio. Et si quis propria temeritate requisitus ad treugas faciendas et facere recusauerit, et ei mãdatum fuerit sub poena octo denariorꝫ ꝓ primo bamno, et facere recusauerit, et perueniat ad secundum mandatum uiginti denariorꝫ et in eo secundo obediens fuerit nihilominus poena primi bamni exigatur, et in eam incurrat. Et si in dicto secundo bamno obediens non fuerit, et peruentum fuerit ad tertium bannum quadriginta denariorꝫ incurrat ipsum secundum bannum, et sic de singulis, uidelicet mediæ marchæ uigintiquinq librarum solidorꝫ, et librarum quinquaginta. Et si in aliquo dictorum mandatorum obediens fuerit nihilominus poenas præcedentes

incurrat

incurrat, et exigi possint. Quod si quis ausu temerario quesi-
tus facere treugas alicui personae cum banno, uel sine ban-
no, et recedere praesumpserit, nec passus fuerit stare ad au-
diendum praecepta de ipsis treugis fiendis cadat in poenam
unius marchae denariorum, et nihilominus teneatur, et debeat
d. Castaldio uel Camerarius, qui praeceperit fieri treugas per
praeconem alta uoce citari facere, et requirere illum, qui
recesserit quatenus ueniat ad faciendum treugas tali per-
sonae usque ad horam ei assignandam arbitrio eius, qui pro-
clamationem fieri faciat. Et si infra horam praedictam com-
parere neglexerit, cadat in poenam librarum decem dena-
riorum. Et si interim treugis non factis, offenderet partem,
cui facere neglexerit, incurrat in poenam treugarum sibi
declaratarum, ac si treguae factae fuissent; hoc tamen addito,
quod si quis uicinus, uel habitator terrae, uel contratae
requisitus esset ad faciendum treugas alicui forensi,
quod non teneatur facere uicinus eidem forensi, nisi per
tres dies, nisi forensis praestaret securitatem Domino de
treugis factis seruandis, seu obtinendis usque ad termi-
num ei statutum. Et si ille forensis esset familiaris alicuius
uicini, uel habitatoris terrae Tulmetij, uel contratae tunc ille
uicinus teneatur sibi facere treugas usque ad quindecim dies.

Item

Item quod facta pace inter personas treugas inter se habentes, treuge nihilominus firmae remaneant per unum mensem inde proxime secuturum, Saluo tamen si terminus treugis eis assignatus ante finiretur.

49 De poena quam incurrunt adunationem facientes in Gastaldia Carneae.

Statuitur, et ordinatur quod nullus uicinus uel habitator Tulmetij, ac contratae Carneae audeat, uel presumat quoquo modo per se uel alia instantia alicuius personae facere aliquam congregationem hominum equestrium uel pedestrium sine licentia Dnij uel camerarij caussa offendendi aliquam personam in bonis uel persona sub poena unius marchae denariorum per quolibet contrafaciente, et qualibet uice.

50 De poena quam incurrunt portantes arma per contratam et Gastaldiam Carneae.

Statuitur, et ordinatur, quod aliqua persona contratae Carneae extra Tulmetum habitans non audeat, uel presumat portare, seu portare facere seu post se lanceam spenaum falcionum Zanconum, Zanconem, seu fustem cum ferro ultra mensuram trium digitorum, Balistam nisi cum duabus uerrettis, nec alia huiusmodi arma offensoria per terram Tulmetij, uel contratam

nisi

nisi uellet exire et exiret contratam Carnea, et hoc sine li-
centia Dnij. Contrafacientes uero cadant in poenam quadragin-
ta denariorum pro singulo ac singula arma ac uice, si de die
si de nocte in poenam duplam. Saluo tamen si esset uicinus,
uel habitator Tulmetij Bismanus, siue decanus S. Gast.mir
Item quod aliqua persona uicina, uel forensis non audeat
uel presumat portare, seu portari facere per terram Tulmetij
nisi esset in itinere iturus uel reuersurus ad suas possessio-
nes, uel predicta arma supradicta sub poena quadraginta
denariorum de die, si de nocte in poenam duplam.

De poena proijcientium Lapidem uel li-gnum, uel alia huiusmodi contra alium.

Statuitur, et ordinatur, quod quicunque traxerit lapidem, li-
gnum uel ferrum, et similia extra manum caussa percu-
tiendi aliquem. si non percusserit cadat in poenam quadra-
ginta denariorum pro iactione. si uero percusserit cadat in poe-
nam duplam, uidelicet pro iactione, et percussione.

De poena quam incurrunt uendentes uinum ad Spinam absque ponere.

Statuitur, et ordinatur, quod quilibet persona uendens in Tul-
motio, uel Carnea uinum ad Spinam ultra quindecim buc-
ciar

cias de uno uase antequam per iurator Tulmetij, uel decanos Carneæ ponatur ad Spinam cadat in pœnam quadraginta denariorum per quolibet sextario uini uenditi..

De his, qui promiserunt laborare, et non laborant.

Statuitur, et ordinatur quod quicunque promiserit alicui uicino uel habitatori Terræ Tulmetij, et contratæ Carneæ laborare, et in die promisso non attenderit saluo iusto impedimento per consilium, uel Iurator approbando teneatur attendere promissa ad alterijum, et cadat in pœnam duodecim denariorum.

De pœna mouentium, et miscentium uinum ad Spinam positum per Iurator, uel decanos

Statuitur, et ordinatur quod si aliqua persona uendens, seu uendi faciens uinum ad Spinam in terra Tulmetij, uel contrata Carneæ reperitur post extimationem seu positionem dicti uini factam per Iurator uel decanos posuisse seu poni fecisse uel immiscuisse aliud uinum, uel aquam in uino dicti uasis positi. cadat in poenam quadraginta denariorum pro qualibet uice. Item quod si qua persona terræ uel contratæ Carneæ nollet uendere uinum ad Spinam positum per Iurator,

uel

uel decanos cadat in poenam librarum decem denariorum, et nihilominus non audeat, uel presumat uendere illud uinum uel aliud nec uendi facere per annum, et diem in poenam dupli.

De poena quam incurrunt uendentes uinum praeter horam debitam.

Statuitur et ordinatur, quod nullus caupo, uel tabernarius Terrae Tulmetii audeat uel presumat uendere seu uendi facere uinum ad Spinam à festo S.ti Georgij usque ad festum S.ti Michaelis postquam pulsatum fuerit pro secunda hora noctis. A festo uero S.ti Michaelis usque ad festum S.ti Georgij uendere, seu uendi facere non presumat pulsata tertia hora noctis. Contrafaciens uero cadant in poenam quadraginta denariorum pro quolibet, et qualibet uice.

De personis mensurantibus uel ponderantibus cum mensuris non bullatis.

Statuitur, et ordinatur, quod quelibet persona uicina, uel habitatrix Terrae Tulmetij, uel contratae Carneae, quae cum aliqua mensura non iustificata, et bullata mensurauerit, uel ponderauerit aliquas res caussa emendi uel uendendi cadat in poenam quadraginta denariorum pro qualibet mensura, et uice.

De iniuste mensurantibus cum iustis mensuris.

Statuitur, et ordinatur quod quilibet mensurans, uel ponderans iniuste licet cum iustis, et bullatis mensuris tam uendendo quam emendo cadat in p.am quadraginta denariorum, siue sit uicinus, uel habitator terrae Tulmetij, et contratae Carneae, uel forensis.

~~De poena forensium uendentium uinum ad~~.

De poena forensium uendentium uinū ad Spinam in Terra Tulmetij

Statuitur, et ordinatur, quod aliqua persona forensis, uel extra terram Tulmij habitans non audeat, uel presumat uendere, seu uendi facere uinum ad Spinam, uel minutim in Tulmetio in poenam decem librarum denariorum toties exigendum, quoties contrafactum fuerit.

De pena incurrentes piscantes, uenantes, uel aucupantes in Gast.a Carneae.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona forensis, et in contrata Carneae non habitans cum loco, et foco audeat, uel presumat piscari, uenari, aucupari per se, uel alium in aquis, nemoribus, siue planitiebus tam in monte, quam in plano dictae

dictæ Gast.ᵃᵉ absq licentia, et auctoritate D. Gastaldionis. Contrafaciens uero perdat retia, laqueos, et similia, nec non aucupationem, seu et piscationem et nihilominus cadat in poena quadraginta denariorum pro quolibet, et qualibet uice.

De poena portantium uenationem, et huiusmodi sine licentia Dnij extra contratam.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona Gast.ᵃᵉ Carneæ subiecta, uel forensis à Dnio habens licentiam uenandi aucupandi, uel piscandi audeat, uel præsumat aliquam uenationem, aucupationem, seu et piscationem extra contratam Carneæ portare seu portari facere animo uendendi, nisi Dnio primo presentauerit, uel eius licentia portauerit. Contrafaciens uero cadat in poenam unius marchæ denariorum pro singula persona, et uice. Saluo tamen si essent aues rapinæ, quas si quis exportauerit nisi modo supradicto cadat in poenam quinquaginta librarum solidorum pro qualibet persona, et uice.

De poena in quam incurrunt accipientes de rebus Comunis sine licentia.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel præsumat de rebus, ac bonis Comunis Tutinij mobilibus, uel immobilibus accipere, et in suam utilitatem conuertere sine licentia, et auctoritate Camerarij, et consilij. Contrafaciens

ciens cadat in poenam mediæ marchæ denariorum, et nihilominus reficere, uel restituere ablata ad Albussiũ dicto comuni

De pœna dantibus lumen forensibus tempore noctis.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona uicina, uel habitatrix terræ Tulmetij audeat, uel presumat alicui personæ forensi dare, seu dari facere, consentire, uel permittere aliquod lumen exportandum extra domum tempore noctis sub poena quadraginta denariorum.

De pœna quam incurrunt uicini, uel habitatores acceptantes presentum, seu donationem à forensibus contra aliũ uicinum.

Statuitur, et ordinatur, quod nullus uicinus, uel habitator, seu familiaris alicuius uicini, uel habitatoris audeat, uel presumat contra alium uicinum, seu habitatorem, aut familiarem alicuius uicini, uel habitatoris aliquod presentum, aliquam donationem, seu emptionem debiti, quod ad rem mobilem pertineat acceptare, suscipere, nec emere. Contrafaciens cadat in poenam decem librarum solidorum, et nihilominus res donata, cessa uel empta comuni Tulmetij perueniat.

De pœna quam incurrunt facientes cumulũ alicuius rei in terram.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel præsumat

in platheis

in plathcis, mercatis, uijs, seu stratis publicis cumulos, seu mus=
sulinos seu terræ, et his similium facere, et ultra tres
dies in dicta terra dimittere sub poena quadraginta dena=
riorum. Si uero cumulum, uel aceruos lapidum in dictis
locis dimiserit per tres menses cadat in poenam supradictã.

De pœna incurrentes camoglã, seu putredinem.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel psu=
mat portare, seu portari facere, aut ponere, et dimittere
chiamoglam aliquam, uel putredinem alibi, quam in gleria
de Buth ad minus per iactum lapidis ultra possessiones
uicinorum Tulmetij sub poena quadraginta denariorum pro
singulo, et qualibet uice.

De p.[a] projcientium scopatias, seu alias turpi=tudines in rugiam, uel stratam.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel psu=
mat in rugiam lauare uiscera, seu intestina animalium,
uel alia turpia, et faciendo projcere in dictam rugiam
à molendino Dnæ Margaretæ extra portam Tulmetij
usque ad strettam barbari. Item non projci facere
aliqua prædictorum turpium à pausis infra per stratas pu=
blicas usque aa pinicalum in poena quadraginta denariorum
pro qualibet uice.

De scarnantibus, seu lauãtibus pelles in rugiam

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel præsumat
a stretta

à stretta barbanj supra lauare, scarnare, nec fullare pelles nullius generis in rugia Tulmetij sub poena quadraginta denariorum per qualibet uice.

De ædificantibus opera noua in terra Tulmetij super terreno communis

Statuitur, et ordinatur quod nulla persona audet uel præsumat ædificare seu construere de nouo aliquem murum pyronum, prouolos lindas, aut alia ædificia muri, uel lignaminis in terra Tulmetij prope stratas, et plathæas sine licentia, et auctoritate consilij. Si uero de nouo ædificauerit aliquem murum, uel ædificium, seu spaltum in confinibus alicuius uicini sine consensu dicti sui uicini, uel ex deliberatione consilij cadat in poenam mediæ marchæ denariorum et teneatur destruere omnia per eum acta, et ædificata.

De poena in quam incurrunt ducentes ligna per aquam de flumine de Buuts.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona, quæ duceret seu duci faceret aliqua ligna cuiuscumque generis per aquam et flumen de Buuts audeat, uel præsumat presam ad capiendum dicta ligna facere à pausa inferiori supra cum trauaglis sine tamen licentia consilij sub poena quadraginta denariorum per quolibet, et qualibet uice.

De debentibus pontes facere super aquas

Statuitur, et ordinatur, quod qualibet persona debens uel quæ tenetur aliquem pontem in terra Tulmetij et contrata Carneæ super quibuscunque aquis teneatur, et debet ipsos pontes facere, et aptare infra quattuor dies à die perditionis, seu destructionis dicti pontis. saluo tamen impedimento iusto, et aptatos, ac factos tenere sub pœna quadraginta denariorum singula uice, et nihilominus teneatur ad refectionem passi damni dicta caussa.

De pœna non tenentium rastellos supra molendina, segas, fulugna, et huiusmodi.

Statuitur. et ordinatur, quod qualibet persona habens molendinum aliquem, segam, fulugnam, uel alia huiusmodi ædificia super rugijs, seu aquis in terra Tulmetij, uel ~~contrat~~ contrata Carneæ teneatur, ac debeat facere, et conseruare rastellos sup rugijs eorum continue sub pœna quadraginta denariorum.

De pœna ædificantium domos in burgo extra terram Tulmetij.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel præsumat construere, ædificare, nec leuare ædificium aliquod de nouo in burgo superiori extra terram sine licentia Domini, et consilij Tulmetij Contrafaciens uero cadat in pœnam quinquaginta librarum solidorum, et nihilominus ædificium antedictum destruere teneatur.

De pœnis

De poenis incidentium ligna in nemoribus seu siluis bamnitis.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona terrae Culmetij, seu et contratae Carneae audeat, debeat, uel praesumat incidere, seu incidi facere in siluis, boschis, seu in nemoribus banditis seu in bando positis per Dominum, uel sine eius licentia. Contrafaciens cadat in poenam quadraginta denariorum, et adhibeatur fides cuilibet fide digno. Item quod nulla persona contratae Carneae audeat uel praesumat, seu Commune uillarum ponere aliquod nemus buscum, syluam, uel pascuum in bando sibi appropriando, sub poena decem librarum solidorum.

De poena rusticorum imponentium uadias uel bamna.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona, seu Commune alicuius uillae contratae Carneae sit tantae temeritatis quod audeat, uel praesumat aliquod mandatum facere nec moltam imponere alicui eorum uicino, uel forensi excedens summam octo denariorum semel tamen pro una re exigendorum. Item non ualeat aliquod statutum, uel ordinamentum facere, nec nouam consuetudinem inducere. Contrafaciens

uero

uero diuisim, uel in Coni cadat i poenam quinquaginta librarum solidorum. Item quod nulla communitas, seu uniuersitas alicuius uillae, uel uillarum Carneae audeat, uel presumat deputare, ponere, et eligere aliquos consiliarios secretos, et consilium facere, nec in eodem consilio aliquid definire sine licentia, uel presente Dnio. Contrafaciens uero si in Coni cadant in poenam quinginta librarum. consiliarij uero cadant in poenam centum solidorum pro quolibet, et qualibet uice, et nihilominus omnia per eos facta reuocare teneantur.

De poena incurrentes citari faciendo aliquem subiectum Gastaldiae Carneae extra . . .

Statuitur et ordinatur, quod nulla persona Gast.^ae^ Carneae subiecta ~~ua~~ audeat, uel presumat conqueri, citare, uel citari facere nec sequestari facere, nec modo aliquo conuenire aliqua occasione uel caussa aliquem similiter subiectum eidē Gastaldiae extra Jurisdictionem praefatae Gastaldiae coram aliquo Judice temporali uel Judicio. Contrafaciens uero cadant in poenam uigintiquinque librarum solidorum et nihilominus omnia et singula per eum, uel eius nomine acta suis sumptibus reuocare teneatur, et citatum debeat indemnem conseruare. .

De pasculantib.

De pasculantibus in prædijs alienis

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel præsumat aliquo modo pasculare, seu pasculari facere, nec permittere cum suis animalibus, nec clausuras prediorum frangere cum aliquibus animalibus grossis uti equis, bobus, et similibus, in pratis, prædijs, uel bonis alicuius persone tempore uetito. Contrafaciens uero cadat in poenam uiginti denariorum pro quolibet animali prædictorum. Si uero pasculauerit, uel pasculari fecerit, et permiserit cum capris, pecudibus, porcis, et similibus cadat in poenam quadraginta denariorum pro quolibet grege, et reficere damnum patienti, et moltam consuetam. et hoc si fuerit de die, si uero de nocte cadat in poenam duplam, et de hoc credatur saltarijs, et patientibus damnum, uel alteri personæ fide dignæ cum sacramento, et accusator habeat tertiam partem banni, et secretus teneatur.

De intrantibus braidas, et predia aliena.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona audeat, uel præsumat ire, uel intrare prædia braidas, et similia aliena sine licentia domini prediorum sub poena quadraginta denariorum si de die, si uero de nocte in poenam dupli, et nihilominus reficere

patienti

patienti totum damnũ per ipsum passum, et de hoc credatur cuilibet fide digno, et habeat accusator tertiam partem banni, et secretus teneatur.

De poena incurrentes carnes ad minutũ per contratam Carneæ uendentes.

Statuitur, et ordinatur, quod nulla persona de Tulmetio, contratæ Carneæ, uel forensis audeat, uel præsumat uendere, seu uendi facere extra terrã Tulmetij carnes recenter minutim, nec ad libram, sed solis in quartis animalium interfectorum. Contrafacientes uero, si fuerit uicinus, uel habitator Tulmetij cadat in pœnam decem librarum solidorum. Si uero de Carnea, uel forensis cadat in pœnam mediæ marchæ denariorum, pro qualibet uice.

De uendentibus panem in scaffettis seu tabulis extra Tulmetij

y.y Statuitur, et ordinatur quod nulla persona uicina, uel habitatoris terræ Tulmetij uel contratæ Carneæ audeat, uel præsumat uendere seu uendi facere panem extra terrã Tulmetij minutim in tabulis, uel scaffettis, excepto suis festis factis in contrata, et in hospitijs. Contrafaciens cadat in pœnam quadraginta denariorum pro singula uice.

De poenis

80. De poenis homicidij

Statuitur, et ordinatur, quod poenas ob maleficia solui magna ratio persuadet. Cum igitur ipsarum metu deliquentiu coerceatur audatia, quod quicunque caritatis inscius, humanitatis ignarus, diabolico spiritu instigatus aliquem quocunque nocendi genere interfecerit, uel ei mortis caussam praebuerit, si comprehendi poterit, conuictus legitime, capite puniatur. Quod si fugerit post tam enorme crimen, Gast.o qui pro tempore fuerit ipsum malefactorem celeriter, et bona fide persequi teneatur. Qui quidem Gastio in ipsa persecutione, et malefactoris fuga quoscunque uicinos, et habitatoreres terre Iulmetij, et contratae Carneae, eisque percipere, ut ipsum Gast.me, ut ad ipsum malefactorem apprehendendum persequi possit, sequantur. Et si quis fuerit tantae praesumptionis quod eius mandata contempserit, cadat in poenam unius marcae denariorum. Si uero dum Gast.o insequitur ipsu malefactorem aliquis accesserit ad domum ipsius malefactoris, ut res existentes in domo quacunque occasione remoueat, uel contractet sine licentia Gastaldionis, siue qui uelit res ipsas lucrifacere uel malefactori conseruare cadat in poenam uigintiquinque librarum, et nihilominus teneatur ad restitutionem rerum ablatorum

Et si quidem

Et si quidem malefactor capi non poterit, bamniatur p(er)petuus de dicta Castell(anì)a et in quaterno Comunis scribatur ad perpetuam memoriam, et durante dicto bamno possit offendi à qualibet homine, et persona eidem Castell(ani)ae subiecta realiter, et personaliter impune. de quo quidem bamno exire non ualeat, nec possit, nisi prius habuerit pacem ab amicis interfecti proximioribus, et soluerit libras ducentum solidorum Dnio, et Communi Tulmetij diuidendas.

De modo obseruando in liberatione bamnitorum ratatorum, et accusatorum de morte alicuius.

Statuitur, et ordinatur, quod bamnitus, ratatus, uel infamatus de aliquo maleficio crimine, uel delicto, seu morte alicuius personae, du(m) tamen sit in concordio cu(m) amicis, et affinibus proximis defuncti, seu cu(m) illis contra quos delictu(m) commissum fuerit, uel heredes ipsorum, et cu(m) Dnio teneatur, et debeat comparere in Tulmetio coram Dno Castell(an)o et Juratis pro tribunali sedentibus in iudicio exponens infamationem, et ratationem contra ipsum factam. Et ibidem expositione facta per sententiam Juratorum cogatur ad standu(m) in forcia Dnij. Et fieri debet una crida, siue proclamatio publica

ultra

ultra spatium quindecim dierum coram domo seu habitatione
olim olim defuncti, seu illius, contra quem delictum cōmissum
fuerit, et unà in Tulmetio super scalis domus Cōmunis, quod si
qua persona uelit opponere allegare uel instare tali rato, et infa=
mia compareat in Tulmetio ad certum diem ultra quindecim
dies prefatos, cum sit quod ipsa talis persona ratata sit in for=
cia dnij iuri paritura et excusationem legitime factura.
Qua quidem die, uel infra terminum, si quis apparuerit, audiat,
et iuxta expositionem p ipsum factam contra infamatum, uel
causatum p iurator sententialiter prouideatur. si uero nullus
comparuit infra spatium dictorum quindecim dierum nec in
die termini facta fide de processu, crida et proclamatione
factis per Notarium, qui in actis ~~dierum nec in die termi=~~
~~ni~~ scripserit, fiat alia crida in dictis locis, et pfato modo.
Et ipse infamatus extra fortia dnij relaxari debet et debeat
et facere seueritatem pstito etiam iuramento de nō exeundo
dictam terram Tulmetij usq ad diem declaratam in ipsa secun=
da crida inclusiue sub poena quingentarum librarū solidorū.
Et si nullus similiter comparuerit ad instandum ipsi infa=
miæ, et rato, fiat tertia crida in similibus locis modo, et
forma pdictis. et ipse ratatus possit exire terram et ire quo
uoluerit p contratam prestando tamen cautionem de iuri pa=
rendo

rendo sub poena per sententiam Iuratorum ponenda. Et si nullus comparuerit infra ipsum terminum, nec in tertio comparente ipso accusato, fiat crida simili modo, et forma et gratia p termino quarto, et ultimo, Et nulla persona comparente, facta relatione p Dnium coram Iuratis et facta fide de processibus, cridis, et relationibus per Notarium sententietur talis accusatus et infamatus Ledigus, et absolutus ab omni Dnio praesenti, et futuro Ecc.ae Aquilegiensis, et soluat Dnio, et Coni p medietate libras ducentum. Item quod lata sententia absolutionis iurare teneatur et debeat super altare sancti Martini de Tulmetio praesentibus testibus, et Notario qui processus scripserit de omni maleficio p ipsum Comisso condolere, et affinibus defuncti suo posse seruire et illos, qui eum infamauerunt dicta occasione, uel alia nō incitare nec ad iram iniuste prouocare et de caetero talem excessu non comittere et fidelis esse Dnio et Coni et si qua sciuerit, uel audiuerit p tempore contra ipsos, uel ipsorum aliquem tractari eis notificare subito sub dicta poena ducentarum librarum.

Sacramentum præstandum per D. Gastaldionem Consilium Commune Terræ Tulmetij uicinis, forensibus eiusdem terræ uicinum intrare uolentibus.

Statuitur, et ordinatur, quod quilibet habitator contratæ Carneæ per Gast.nem et Consilium in uicinium acceptatur teneatur iurare ad sancta Dei Euangelia statum, honorem et laudem Aquilegiensis Ecc.æ et Dni Patriarchæ, Gast.nis Carneæ, et Conis ipsius terræ fideliter, et legaliter procurare, promouere augere, adiuuare et manutenere pro posse. Et si quid tractari aut fieri sentiret in damnum, et dedecus præfator ~~parere, et efficaciter obedire~~ pro posse obuiare, contradicere, et resistere, uel quam citius poterit eisdem intimare. Item mandatis præfatorum parere, et efficaciter obedire. Omnes, et singulas coltas, impositiones, uel factiones ei impositas per Dominium, et consilium dare, et integre soluere. Item domum unam in Tulmetio infra annum, postquam in uicinum fuerit acceptatas emere, et uicinio non renuntiare usque ad quinquenium sub pœna quinque marcharum denariorum. Item statuitur, quod quilibet uicinus Tulmetij habitans in Tulmetio, uel contratæ Carneæ teneatur, et debeat quibuscunque mercantijs

et rebus

et rebus uenditis, uel quoquo modo in actu mercantionali alienatis soluere teneatur datium datiario Comunis Tulmij secundum qualitatem, et essentiam rerum. Ad muta uero soluere mutazis. minime teneatur.

De modo uendendorum Datiorum communis Tulmetij.

Statuitur, et ordinatur, quod singulis annis in die Circuncisionis facto uicinio, seu arenga, Camerarius, qui illo anno fuerit teneatur, et debeat cum suo Cancellario per unum praeconem salariatum per Comune incantari facere datia Comunis Tulmetij, quae incantata transactis uesperis deliberari facere in grossum, uel minutim per ut ipsi, et Prouisoribus uidebitur. Et ementes teneantur, et debeant in crastinum Circuncisionis in consilio pulsato ad sonum Campane ire, et dare idoneam, et sufficientem securitatem de soluendo pretium dictorum datiorum in terminus sibi statutis. Et si quis dicta datia, uel aliquod ipsorum emerit, et non fide iusserit cadat in poenam unius marcae denariorum, et nihilominus ~~dictorum~~ dictum datium de nouo uendatur sumptibus, et periculo dicti primi emptoris, et statim per Dominum detineatur, donec soluerit poenam supradictam, et suppletionem pretij incantus, quo non uenditum fuerit tantum sicut primo.

De Datio

De Datio panis .

Statuitur, et ordinatur. quod omnes, et singule personæ habitatores Tulmetij uendentes panem minutim teneantur, et debeant impastato pane ad furnum requirere datiarium, ut ueniat ad bullandum ipsum panem. Quo pane bullato teneatur, et debeat dictus uendens dare dicto datiario denarios duos p singulo stari frumenti. Contrafaciens uero uendendo panē non bullatum cadat in poenam quadraginta denariorum p singulo, et singula uice, et teneatur soluere datium ad altressum. Et si panis non bullatus in tabula reperiretur Datiarius eum accipere possit, et p se seruare -

De Datio uini in grossum .

Statuitur, et ordinatur, quod omnis uicinus, seu habitator Terræ Tulmetij teneatur, et debeat p singulo congio maluasiæ, Romaniæ, Titirabioli, uel tribiani, et similium uendito in grossū alicui personæ soluere Datiario illius datij denarium unum. Si uero uendiderit terranum soluere teneatur paruulos septem p singulo congio. Contrafaciens uero uendens, et datiario nō denuntians infra tres si fit in Tulmetio, si extra Tulm infra quindecim dies cadat in poenam quadraginta denarioꝝ, et nihilominus soluere teneatur datium ad altressum.

De datio uini uenditi minutim, uel ad Spinam.

Statuitur, et ordinatur, quod omnis, et singula persona uicina, et habitatrix Terrae Tulmetij uendens uinum ad Spinā in Tulmetio teneatur, et debeat soluere datiario dicti cōnis denarios quattuor et ptium octo bucciarum, si uendiderit rabiolum, maiuasiam, romaniam, Titū uel tribianū. Si uero uendiderit terranum teneatur soluere p singulo congio denarios duos, et pretiū octo bucciarum. Contrafaciens uero datiario non denuntiando subito cum positum fuerit ad Spinam cadat in poenam octo denariorū p quolibet uase. Item statuitur, quod quilibet caupo, siue tabernarius subito cū positum fuerit uinum ad Spinā teneatur, et debeat soluere datium uetus, uidelicet denarios quattuor p singulo congio maluasiæ, rabioli, et similium, si terranum denarios duos.

Quātum debeat solui de Datio p quolibet animali interfecto ponderante ultra, 50. libras. et uitulo de lacte.

Statuitur, et ordinatur, quod quilibet uicinus, seu habitator Tulmetij, qui interfecerit et uendiderit carnes alicuius animalis ponderantis ultra summam librarū quinquaginta carniū

carnium soluere teneatur p quolibet capite denarios quattuor. à quinquaginta uero libris infra, si nō essent de lacte denarios duos p quolibet uero uitulo denarium unum.

Quantum debet solui de datio per castrato, moltono, hirco, pecude, et capra.

Statuitur, et ordinatur quod p quilibet castrato, hirco moltono, pecude, et capra minutim uenditis solui debeant datiario denarij duo.

Quantum solui debet de datio p quolibet hædo, uel agno.

Item quod p quolibet hædo uel agno minutim uendito solui debeāt de datio paruuli tres.

De datio porcorum minutim uenditorum.

Item quod p quolibet porco, uel porca minutim uenditis solui debeant datiario denarij tres.

De datio baffarum salatarum.

Statuitur, quod p quilibet baffa salata porci, uel porcæ, seu alterius animalis, si in grossū uendantur solui debeant datiario denarij tres. si uero minutim paruulū unū p qualibet libra.

De datio animalium uenditorum in grossum.

Statuitur quod quilibet uicinus, uel habitator Terræ Tulmetij qui aliquem bouem, iuuencam, uel similes armentas in contrata uenditas, uel extra ductas teneatur soluere ꝑ quolibet capite denarium unum.

De datio Castratorum, et aliorum animalium minutim uenditorum.

Item quod per quolibet Castrato hirco, roccho et huiusmodi uendito in grossum in contrata, uel extra ducto soluere teneatur ꝑ quolibet capite paruulos duos.

De datio porcorum in grossum uenditorum.

Item quod pro quolibet porco in grossum uendito uel extra ducto soluere teneatur ꝑ quolibet capite paruulos tres.

Datium equorum, siue equarum.

Item quod ꝑ quolibet equo, uel equa in contrata uendita, uel extra ducta soluantur denarij duo ꝑ quolibet capite.

De datio casei in grossum uenditi, uel minutim.

Item statuitur quod quilibet uicinus, uel habitator Tulmetij uendens caseum in grossum in contrata, uel extra ducens soluere teneatur ꝑ quolibet centenario denarios duos. si

uero

si uero minutim in contrata uendiderit soluere teneatur paruulum unum p qualibet libra.

De datio butiri, assungie, et sepi.

97 Item quod quilibet uicinus, uel habitator Tulmetij, qui butirum assungiam, uel sepum uendiderit in grossum, uel extra contratam duxerit soluere teneatur p quolibet centenario denarios duos.

De datio olei in saumis portato.

Item quod quilibet uicinus, uel habitator Tulmetij qui oleum in saumis portauerit soluere teneatur p qualibet sauma denariū unum. si uero minutim p singula libra paruulum unum.

De datio olei in grossum, uel minutim uenditi.

Item statuitur, quod quilibet uicinus, uel habitator Tulmetij, qui oleum uendiderit in grossum soluere teneatur daciario p qualibet urna paruulos uiginti unum. si uero minutim p qualibet urna denarios quattuor.

De datio salis..

Statuitur, quod quilibet uicinus, uel habitator Tulmetij, qui salē uendiderit, uel exportauerit de contrata soluere teneatur p quolibet plaustro denarios duos.

De datio ferri, et calybis.

Item statuitur, quod pro quolibet centenario ferri, et calybis, siue azalis, uel metalli soluere teneatur denarios duos.

De datio lanæ et filati in grossum, uel minutim uenditi.

Item statuitur, quod pro quolibet centenario lanæ, uel filati in grossum in contrata uenditi uel exportati soluere teneatur datiario denarios quattuor. Si uero minutim pro singula ~~uice~~ libra paruulum unum.

De datio panni lonzani.

Item pro quolibet pecia, siue Tella panni lonzani uenditi in contrata, uel extra portata soluere teneatur datiario denarij quattuor.

De datio panni de paijers.

Statuitur quod pro quolibet centenario panni de paijers in contrata uenditi uel extra portati soluere teneatur denarios duos datiario.

De datio panni de contrata.

Item quod pro quolibet pecia, siue tella panni de contrata, arneæ,

et patriæ

et patriæ forijulij in contrata uenditi, uel extra portati soluere teneatur datiario denarios tres.

De datio colorati beritini, et blanchetæ.

Statuitur quod pro qualibet pecia panni colorati Beretini, uel blanchettæ in contrata uenditæ, uel exportatæ soluere teneatur datiario denarios sex.

De datio panni minutim uenditi.

Statuitur, quod pro qualibet macia panni minutim uenditi cuiuscunque generis fuerit soluere teneatur datiario paruulum unum

De datio drappi lini, et canapis

Statuitur, quod pro qualibet centenario dicti drappi in grossum uenditi uel exportati soluere teneatur datiario denarios duos. Si uero minutim paruulum unum pro macia.

De datio berchandi et bucharini, atquilessij.

Statuitur, quod pro qualibet pecia barcandi, vilessij, uel bocassini in grossum, uel minutim uenditi soluere teneatur datiario denarios duos. ~~De datio corei bouum, et manzini, et animalium minutorum.~~

De datio coreibouum et manzini et animalium minutorum.

Statuitur, quod ꝑ quolibet coreo bouino, uacchino uel manzino carnes quorum ponderabant ultra sexaginta libras soluere teneatur datiario denarium unum. Si uero de capra, pecude moltono, uel castrato, et similiũ paruorum animalium soluere teneatur datiario ꝑ quali bet pelle paruulos tres.

De datio cartarum, et capreto

Item quod ꝑ quolibet centenario cartarum de capreto, siue membrana in grossum, uel minutim uendito soluere teneatur datiario denarios duos.

De datio alei, et ceparum in grossum, uel minutim uenditarum.

Item quod ꝑ quolibet plaustro alei, uel cepæ in grossum uenditæ soluere teneatur denarios quattuor. Si uero minutim ꝑ quolibet miliare denarium unum.

De forensibus dimittentibus mercantias eorum in canipis uicinorum, uel habitantium Tulmetij.

Statuitur, quod qualibet persona forensis ponens uinum, uel aliã cuiuslibet rei mercantiam in domo alicuius in Tulmetio, uel canipis, ibiq; illam dimiserit ultra tres dies integros soluere teneatur datium et eisdem uti alius uicinus Tulmetij et habitator, ipsaq; Terra non audeat extra ducere sine licentia datiarij.

De datio pellium ad saumam.

Statuitur et ordinatur, quod p qualibet sauma pellium cuiuscunq; generis fuerint in contratam condictarum et uenditarum, uel exportatarum soluere teneatur datiaris denarios quattuor.

De datio soluendo per uicinos, et habitatores Terre Tulmetij per quibuscunq; rebus, et bonis.

Statuitur, quod quilibet uicinus, uel habitator terrae Tulmetij p quibuscunq; rebus, uel mercandarijs in terram, uel extra ductis habitis, uel factis, uenditis, uel exportatis in actu mercimoniali, de quibus forenses mutam soluerent, si exportarent, uel secum concordes esse, secundum mercantiae essentiam hoc modo quod si

erit

erit habitator Tulmetij et cum datiario non concors fuerit intra tertiam diem, uel si uicinus forensis, et concors nō fuerit infra quindecim dies saluo tamen iusto impedimento teneatur soluere datium ad altressum datiario cum damnis, et expensis, et denarios quadraginta Dominio, et Coīi. Item si de aliquo mercimonio in præsenti statuario nō declarato, pro quo muta soluitur per forenses, soluere teneatur uicini, uel habitatores mediam mutam, quousque per consilium aliter prouisum fuerit.

De datio lignaminis.

Statuitur, quod quælibet persona uicina, uel habitatrix Tulm. quæ in actu mercimoniali per terram, uel aquam duxerit aliqua lignamina soluere teneatur pro qualibet tagla paruulos quattuor, et hoc postquā dicta lignamina ducta fuerint in pōsā, seu posita in locum securum, saluo tamen, quod postquam fuerint in presam, et per alluuionem, seu diluuium aquarum perderentur infra quindecim dies, de quibus infra dictum tempus perditis nihil soluere teneatur. Item soluere teneatur pro quolibet bardonale uitame, iona, uel trabe, et alio ligna=mine quadrato exceptis degurentis paruulos sex datiario. De numero uero ipsorum lignaminum, si datiarius noluerit

credere

credere mercatori. ipsemet datiarius requisito mercatore uadat ad numerandum. Et si mercator requisitus ire noluerit, datiario credatur de numero per iuramentum.

De hora terminorum, et iudicij ordine.

Statuitur, quod D. Gastaldio sedere pariter cum iuratis terre Tulmetij incipere debet hora causarum, et in iuditio pro tribunali sedere post pulsationem uesperarum per habentem commissionem pulsandi a Dnio, et consilio. Et ipsas causas si expediens fuerit expedire, durare debeant usque ad uigesimam quartam horam, uel solis occasum, et ad tollerandum discordias, et errores, et ad parcendum expensis partium litigantium. Si qui termini fuerint, qui expediri non potuissent uno die, ipsi iurati possint prorogare, et suspendere ad aliam diem, et horam, quam uoluerint. Item statuitur, quod si duo ex iuratis terre Tulmetij pariter cum Domino dicta hora causarum in iuditio pro tribunali nulla partium litigantium coram eis audeat, uel presumat dilationem petere, quod alij duo, uel unus ueniat ad sententiandum, nisi iustam caussam allegauerint, in

poenam

poenam octo denariorum, et nihilominus ipsi duo Jurati, qui ibidem fuerint, possint sententiare, et eorum sententia effectum habeat.

De allegantibus Juratos per suspectis in iudicio.

Statuitur ad tollendum, et obstandum cavillationibus advocantium, et litigantium, quod nulla persona audeat, vel psumat aliquem ex juratis ~~susp~~ suspectū allegare, nisi iustam caussam suspicionis habuerit, ~~videlicet~~ videlicet, quod ~~d~~ caussa, quæ agitur in judicio spectet comodū, vel incomodum illi Jurato, vel si foret inimicus p eū suspectus allegatus. Item si foret foret affinis, ut puta, pater, filius, patruus, nepos, vel auus, quæ tamen caussa suspicionis, et alia quælibet terminetur arbitrio Dnij, et Juratorum, seu consilij ipsius Terræ. Contrafaciens vero cadat in poenā quadraginta denariorum p qualibet vice.

De quæstionibus dotium, et iurium Dominarum.

Statuitur, quod Jurati sub virtute præstiti sacramenti teneātur et debeant decidere, et p sententiam definire, ac terminare omnes

re omnes, et singulas quaestiones, caussas, lites, et controuersias coram eis interuenientes occasione alicuius dotis, seu iurium dominarum, quam citius possunt, et nō ducere, nec alicui permittere ꝑ longas, et praecipue dictas caussas dominarum, testamentorum; et miserabilium personarum, et hoc facere teneantur infra duos menses cauillationibus aduocantium totaliter praetermittendis.

De uicinis ualentibus se ponere in consilium citatis ad instantiam alicuius personae.

Statuitur, quod unusquisq̃ uicinus, uel habitator Tulmetij possit, et ualeat quaestionem, quam habet cum aliqua persona uicina coram Dn̄o Gastaldione, et Iuratis in Iudicio ad cōsilium, et consilij definitionem reducere, et ponere. Et hoc facere possit in primo termino, et ante quam bis fuerint in termino coram Dn̄o, et Iuratis. Quod si bis in dicto placito fuerit, et comparuerit, nō ualeat in consilio se ponere, nec ipsius questio ibidem definiri, imo coram ipso Gast.ne et Iuratis in Iudicio procedatur, et definiatur. A definitione uero consilij super rebus mobilibus nullatenus quis possit appellare. Contrafaciens uero definitionibus dicti consilij

cadat

cadat in poenam decem librarum, et nihilominus definitio firma remaneat, et executioni mandetur.
De bonis uero stabilibus statuitur, quod grauatus a definitione consilij possit appellare ad Dnum nostrum Patriarcham, uel eius Vicarium in temporalibus. quam appellationem consilium iuste, et legaliter debet scribere facere, claudere, et sigillari sigillo Comis, et per nuntium consilij secrete mittere ad curiam Dni Nostri Patriarchae, et appellans dare debeat Camerario pro nuntio, et expensis fiendis denarios uigintiocto antequam mittatur.
Et si appellans succubuerit in causa appellationis cadat in poenam decem librarum, si autem obtinuerit pars altera restituere teneatur dicto appellanti expensas, et quod obtentum fuerit, executioni mandetur.

De citatis coram Decanis ualentibus se reducere cum eorum iuribus coram Gastaldione in Tulmetio.

121 Statuitur, quod quilibet Gastaldiae Carneae subiectus coram suo Decano aliqua occasione citatus possit, et ualeat non obstantibus aliquibus consuetudinibus in contrarium facientibus

tibus caussam suam, et iura coram Dnio in Tulmetio trã=
sferre, et reducere, et Decanus contradicere nõ ualeat.

De uadijs, et bamnis spectantibus Gastaldioni Carneæ, et Comuni Terræ Tulmetij.

Statuitur, et ordinatur, quod omnes, et singulæ penæ, bamna, uadiæ, uel condemnationes in presenti statuto contentæ, quorum sidem statutorum uigore tam uicini, et habitatores Terræ Tulmetij, quam Contratæ Carneæ mulctantur, et condemnantur tam in iudicio, quam in consilio participari, atq diuidi debeant inter ipsum Gastaldionem, et Comune p medietate, saluo tamen vadijs, et Bamnis treugarum, reuelli, efforcij sequestrationis, contumatiarum, et conuictionum, quæ omnia perueniant Gastaldioni.

Si quis præsentibus contradixerit statutis.

Statuitur, quod nulla persona Gastaldiæ Carneæ subiecta audeat, uel psumat sua auctoritate contradicere, annullare, interrumpere, procurare aduocare, uel quo quomodo cassare presentia statuta, uel eorum alterum, edita, et emulgata ad reuerentiam Dei, statum bonum S.tæ Ecc.æ Aquile=
giensis

giensis, Dni Patriarchæ, Gastaldionis Carneæ, Terræ Tulmetij, ac ipsius contratæ Carneæ. Contrafaciens uero cadat in poenam centum denariorum, et nihilominus eadem statuta, et eorum quodlibet plenarie obseruetur. nullis iuribus, statutis, constitutionibus, et consuetudinibus in contrarium loquentibus, dictantibus, uel facientibus.

Quod sententiæ latæ contra statuta prędicta non ualeant.

Statuitur, quod si aliqua persona litigauerit in iudicio coram Gastaldione, uel in consilio terræ Tulmetij, et allegauerit aliquod statutum de pdictis. et p Iuratos, uel consiliarios sententiatum fuerit in contrarium dictorum statutorum, quod ipsa sententia, seu definitio lata, et declarata contra ipsa statuta, ipso iure nullius sit ualoris. Item statuitur. quod de omnibus, et singulis uadijs in Iuditio sententiatis p Iuratos ascendentibus ad sũmam quadraginta denariorum, ueniant Iuratis p singulis quadraginta denarijs denarij quattuor.

Item statuitur, quod nullus uicinus, uel habitator terræ, uel contratæ Carneæ audeat, uel psumat extra dictam contratam

tam Carnea uicinium iurare alicubi, et si quis contrafecerit cadat in poenam uiginti quinque librarum denariorum, et nihilominus pro uicino non habeatur in contrata, et ut uicinus non tractetur, sed uti forensis. In cuius rei testimonium praesentes scribi fecimus, et nostri sigilli singularis appensione muniri.

Datum in Castro nostro Vtini die 9.° Aprilis Indictione undecima. Anno Dni M·CCCC·III.

De offitio Prouisorum, seu extimatorum septiminarum.

Quod deputati ad prouisionem fieri faciendi, seu exequendi, et aestimandi septiminas à debitoribus debentibus eas tenere debeant quaternum annualem eorum officij, et in eo scribere omnes septiminas fiendas per Camerarium Ecc.ae S.ti Martini et alios particulares debitores, notando diem, numerum et expensas particulariter specificando ualorem, et quantitatem frumenti, et alias expensas, quae cadunt in ipsis septiminis, et in fine eorum officij reddere rationem Comunitati.

FINE STATVTORVM TVLMETII.
(M.CDIII)

Datium mensurarum.

p qualibet sauma bladi mensurati L - s. 1 -
p uno curru salis mensurati L - s. 2 -
Ad quartam uero dictarum rerum
mensurarum p qualibet quarta L - s - parvuli 1
p mensurando panum grossum, tellam,
et similia p qualibet matia L - s - p. 1
p mensurando panum coloratum bassum
panum coloratum altum ut supra
p sagomando uinum uas L - s. 2 p. 4
Ad congium minutim p qualibet congio L - s p. 4
p sagomando oleum in grossum p uase ut supra
Ad minutim p qualibet miliari L - s p. 4
p imbottando uinum, et similia in
sauma sine mensura p qualibet
sauma L s. 1
p sale ponderato p qualibet centenario L - s - p. 3
p alijs mercibus ponderatis p qualibet
centenario L - s. 1

Vide terminationem in 1445 die, 20, Maij.

Exemplum infrascriptorum priuilegiorum de uerbo ad uerbum prout concessa fuerunt terrae Tulmetij per Reverendissimos dominos Patriarchas Aquilegiensis Patriae Foriiulij, et Carneae Dei gratia Dominos:~

Concessio aedificandi domos in Tulmetio cum onere liuelli denariorum quatuor pro passu.

1258 IN Christi nomine Amen. Anno ab eius Natiuitate Millesimo Ducentesimo quinquagesimo octauo prima Indictionis apud Utinum in Camera Patriarchalj die duodecimo exeunte Septembris praesentibus domino Gualimberco abbate Sanctae Mariae de Caneto polensis et domino Ioanne preposito Sancti Stephanj Aquilegiensis, et domino Hermano Nepote ipsius Canonico Aquilegensis, et Nobilibus dominis Landone de Monte longo, et Luca domini G. Patriarchae Aquilegensis Nepotibus et dominis Coneto de Osopio Castaldione Carneae, Petro Castaldione de Attens, Henrico de Pramperch, et Bonifacio filio quondam Nascinguerre de Pola Testibus, et alijs. Ibi Venerabilis Pater dominus Gregorius Dej gratia Sanctae Aquilegiensis sedis Patriarcha pro utilitate Aquilegiensis Ecclesiae potestatem dedit et licentiam, atque auctoritatem plenam per se suosque successores uniuersis Hominibus quibus per ipsum dominum Patriarcham, uel per nuncios eius assignatum est, uel assignatum fuerit

in futurum de Terra, ubi for; suum constituit in Tumez
siue fuerint liberi Homines seu Ecclie Aquilegen, seu
ad alias Ecclesias pertinentes ædificandi, et constru=
endi domos super eadem Terra. Ita q. unusquisq; eor;
p eadem terra scilicet p quolibet passu, quem habuerit
de Terra ipsa in altum mensurata singulis annis in
Natiuitate Dni Memorato Dno Gregorio Patriarche, et
suis Successoribus quatuor denarios Aquilegiensis mo=
nete nomine pensionis, seu liuelli soluere teneatur, Et si
tunc dictam pensionem, seu liuellum non soluerit, duplum
postea soluere teneatur. Et salua hac pensione, seu liuello
singulis annis soluendo debeat dictam Terram habere ipi,
et hereder eor; perpetuo, et tenere, et possidere cum ædifi=
tijs super positis, et habeant liberam potestatem ipsam
Terram cum edificijs sup existentibus uendendi, donandi,
p anima iudicandi, et quicquid inde uoluerit faciendi
excepto seruo, et Ecclesiæ, uel persone potenti quibus ipsam
eis non liceat impertiri, uel dare, nec uendere, aut donare;
et saluis omnibus supradictis promisit memor; Dnus
Patriarcha p stipulationem pse suisq; Successoribus,
numquam aliquo tempore litem, uel controuersiam mouere
dictis hominibus, uel eor; heredibus de Terra eadem,
imo eis eor; heredibus, aut cuiuscunq; dictam Terram
dederint

dederint ut supius est expressum ab omni homine legitime defendere, auctorizare, et manutenere fuit, etiam addictum, et apertum quod Nullus debet habere Dominium aliquid; uel Jurisdictionem in foro praedicto, nisi Dns Patriarcha, et successores eiusdem, in cuius rei euidentiā, et perpetuam firmitatem memoratus Dns Gregorius Patriarcha instrumentum presens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari ~:~

Ego Joannes de Lupico Sacri Imperij publicus Notarius hijs presens interfui, et de mandato supradicti Dni Gregorij Patriarchae scripsi in formam publicam reducendo ~:~

Declaratio quod soluatur Datium.
~~Concessio recipiendi Datium in Tulmetio~~ :~

22

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem Millo Ducentesimo Nonagesimo Quarto. Indictione Septima. Die nono exeunte Febri, in castro Utini in Patriarchali Palatio presentibus Dnis, Magro Mariano Plebano Triuignani, Martino de la Turre de Mediolano, Lippo Capon de Florentia, Martino Brugno, Hermano de Utin Notario et alijs pluribus ad hoc uocatis testibus, et rogatis Coram Rdo in xpo patre, ac Dno Raymundo Sanctę

1294, Sedis Aquilegen Patriarcha p parte Cois, et hominum de Culmetto p Candidum, et Lumecinum de eiusdem loci,
fuit oppositum, quod ipse Dns Patriarcha eisdem Coi,
Ft et hominibus datium tam panis, uini, et casei, quam
etiam aliar rer, quar da concessit, et albergatores
tamen, seu osterij dicti loci de pane, et uino que, et qd
hospites eas aduenientes in domibus eor comedunt, et
bibunt eis datium soluere contradicunt, dicentes qd
datium soluere non tenentur. Quidam etiam homines
dicti loci paruos caseos, tam teutonicos, quas alios
sine pondere ad minutum uendentes de illis soluere
denegantur asserentes se ad soluendum p illis datium
non teneri, cumq p partem dicti Communis p eosdem
Candidum, et Lumicinum peterent declarari p ipsu
II Dnm Patriarcham an de pane, uino, et caseo, q sic
uendunt datium solui Communi debeat memorato, et p
ipsum Dnm Patriarcham extitit declaratum, et dicti
q albergatores, seu hosterij dicti loci de pane, et uino
II. quem, et quod hospitibus aduenientibus uendere ipsis
contigit tam in pasto, quam extra pastum datium soluere
dicto debere Comuni, sicut si panem, et uinum ipm alt
uenderent ad minutum, quodq homines dicti loci
uendentes paruos caseos tam Teutonicos, quas alios
sine

sine pondere ad minutum sic de illis soluere debent datium,
sicut si uenderet eos ad libram, In cuius declarationis
testimonium, et stabilem firmitatem, Idem dns Patriarcha
presens instrum per me infrascriptum Notm scribi iussit, et sui
sigilli pendentis munimine roborari



Ego Vualter Ciuitatesis Apostolica, et Imperiali aucto=
ritate Notus predictis interfui, et de mand.to dicti dni Pa=
triarchae rogatus scripsi

Concessio recipiendi datium in Tulmetio: 1286
E

In Xpi Nomine Amen. Anno eiusdem Millo Ducentesimo
Octuagesimo sexto, Indictione Quartadecima, Die quarto
exeunte Octobrio in Castro Utini in casa Terrei dni
Patriarchae Aquilegen praesentibus dnis Praesbitero
Petro plebano Tricesimi, Lippo Capon de Florentia,
Engelberto de la Turre Castal Carn, Vulmino filio
eius Quedino de Mediolano ostiario infrascripti dni
Patriarchae et alijs ad hoc uocatis testibus, et rogatis.
Rdus in xpto pater, et dns Raymundus Sanctae sedis

Aquilegensis Patriarcha de gratia spetiali concessit,

F Q Commune, et homines Tulmetij possint in Terra ipsa Datium recipere sub hac forma vz. De quolibet uase uini, quod ibidem uendet in grosso duos den. Aquilegensis monete, De quolibet uero congio uini quod minutim uendet unum denarium eiusdem monete. Item de quolibet uase Olei, quod uendetur in grosso quatuor denarios Aquilegensis, De qualibet autem urna olei, quod minutim uendet duos denarios eadem monete. Item de melle, sicut de oleo. Item de qualibet balla panni quatuor den. Aquilegen. Item de quolibet stario frumenti facto in pane unu denarium Aquilegen. Item de quolibet curru salis unum denarium monete predictae. Item de quolibet Armento, quod in macello uendentur duos denarios Aquilegen. Item de quolibet porco duos denarios. Item de Castrato, seu bestia unum denarium. Item de Caseo, qui minutim uenditur uornesem paruum pro libra de caseo uero quod uendet in grosso unum denarium Aquilegensem de centenario. Ita quod den.

qui inde recipient debeant in utilitatem Terrae converti quodcumque dictus Dns Patriarcha quandocumque ipsi Communi, uel maiori parti eorum placuerit huiusmodi Datium remitti facere teneatur ~:~

Ego Valter Civitatensis Apostolica, et Imperiali auctoritate notar. pns Instrumentum put in nota q de civitate not. regij de man.to dicti Dni Patriarchae in publicam formam redegi :~

Confirmatio privilegij aedificandi domos, et concessio reducendi terras ad ubertatem.

1275 In Nomine Christi. Amen Anno a Nativitate eius Millmo Ducentesimo Septuagesimo quinto, tertia Indictione apud Civitatem in Palatio Patriarchalj, die ultimo septembris, presentibus fratre Pagano ordinis humilitatorum de Braida Mediolanense, Nob.li viro Dno Bonaccurso de la Turre Capitaneo Glemone Castaldione Carneae, Dno Mainardo Canonico Ecclesiae

Sancti Petri de Carnea Henrico q. Dni Joannis de Ciuitate not. Petro di Kona et Montenario de Placentia familiaribus Dni Patriarchæ Aquilegensis Testibus ad hoc uocatis, et rogatis, et alijs, cum piæ memoriæ
1275 Dns Gregorius Patriarcha Sanctę sedis Aquilegensis Communi, et Hominibus de Tulmetio quoddam Priuilegium concessisset, cuius tenor de uerbo ad uerbum noscitur esse talis, In Nomine Jesu Christi .. Amen. Anno a Natiuitate eius Millo Ducentesimo quinquagesimo Octauo Prime Indict. apud Vtinum in Camera Patriarchali die duodecimo exeunte Septembris presentibus Dno Valimbergo Abbate Sancte Mariæ de Caneto Pollonense et

Et subsequenter ad longum distinctum esse totum Priuilegium, cuius transumptum præcedit manu Dni Joannis de Lupico Notarij ~.~

Deinde sequitur Bernardus, et Jacobus Ardemani de Tulmetio Nunij, Sindici, et Procuratores hominum eiusdem loci sicut continebatur in quodam publico instro confecto manu Antonij de Tulmetio Notarij sub anno
B. Dni Millo Ducentesimo Septuagesimo quinto Indict. Tertia,

die

Die ~~sancto~~ secundo intrante Septembris apud Tulmetiu in domo Gambij, et Jucooli Beccarij a me subscripto Notario uiso, et lecto nomine ipsorum, et pro ipsis suppli-
cauerint R. Patri, et Dno Raymundo Dei gratia Sancte Aquileiensis sedis Patriarche, ut quod factum erat in hac parte per supradictum q. Dnm Gregorium Patriarcham, et supra legitur, dignaretur de gratia confirmare quorum dictus Dns Patriarcha supplicationibus benignus inclinatus, quod actum fuerat per supradictum Dnm Patriarcham Antecessorem suum in hac parte ratum habens, et gratum, de speciali gratia confirmauit, ita ut homines dicti fori, qui nunc sunt in ipso, uel uenturi sunt ad illud, domos Areas cum curijs, et hortis cum conditionibus superius expressis teneant, habeant, et possideant, prout possiderunt hucusque. Caeterum prefatus Dns Raymundus Patriarcha uolens, et cupiens homines dicti fori de Tulmetio de bono in melius augmentare, et etiam pro ipsis et Tum utilitate Aquileiensis Ecclesiae, concessit, et dedit potestatem et licentiam, atque auctoritatem plenam uniuersis homi-
nibus

[Margin note: pro se suisque successores nomine ipsius Ecclesiae]

+

nibus dicti fori de Tulmetio, ut ipsi prata, et pascua, et

D. alias terras incultas pertinentes ad ipsum Dnm Patriarcham

et Aquilegiensem Ecclesiam sitas in territorio, et confinio

dicti loci, siue fori possint redigere ad culturam tali quidem

conditione, ac pacto quod quicumque prata ipsa uel

pascua, siue terras occupata, et non occupata reduxerit

ad culturam de ipsis dicto Dno Patriarchæ, et eius

successoribus noie prfate Aquilegiensis Ecclesiæ de=

D. cimam, et nihil aliud pro liuello soluere teneatur.

Insuper prafatus Dns Patriarcha Raymundus ipse

suosque successores noie Aquilegiensis Ecclesiæ potesta=

tem, et licentiam, ac auctoritatem plenam, qd quicumque

E. construerint uoluerint molendina, et folla siue fullo=

nes in territorio et districtu Tulmetij in aequis

dictis Dni Patriarchæ, et Ecclesiæ Aquilegiensis libere

costruere possint ita tn q de quolibet molendino, et

de quolibet fullonum ipsorum factorum, uel facturorum ad

rectum fictum Aquileiæ iuxta consuetudinem Terrae

E Forijulij duodecim denarios Aquilegiensis monetę

annuatim in festo Natiuitatis dicto Dno Patriar-

chæ, et ipsius successoribus soluere teneantur, et tam

dicta

dicta prata, pascua q͂ terras cum omnibus adiecentijs et pertinentijs eorum possit tenere habere, et possidere perpetuo pro se, suosque haeredes et de ipsis facere quicquid uoluerint absque contradictione ~~census, siue fictus~~ domini dicti Patriarchae, et successorum eiusdem saluo iure et consuetudine census, siue fictus Aquilegiensis saluis quoque omnibus et singulis supradictis promisit memoratus dominus Raymundus Patriarcha per stipulationem solemnem pro se, suosque successores nomine dictae Aquileiensis Ecclesiae supradictis Pernardo et Iacobo Ardemani Nuntijs sindicis, et procuratoribus supradictis praedictorum homi= num de Tulmetio recipientibus pro ipsis, et nomine praedictorum nunquam aliquo tempore litem, controuer= siam uel questionem mouere dictis hominibus uel eorum haeredibus de praedictis pratis, pascuis, terris molendi= nis et fullonibus, et ipsorum adiacentijs, et pertinentijs, nec contra praedicta, uel aliquod praedictorum facere, uel uenire ratione aliqua ingenio, siue causa cum obli= gatione bonorum Aquilegiensis Ecclesiae ad pignus sub poena dupli ad minus quinquaginta solidis venetorum paruorum, prout pro tempore praedicta omnia, et singula

fuerint

+

fuerint meliorata in consimili loco, et defendere ab omni homine, et universitate, et qualibet impediente persona, et autorizare, manutenere, et guarentare in ratione, hoc tamen addito, et expresso, quod nullus debeat, uel habere posset dominium, uel Jurisdictionem aliquam in predictis, seu quolibet predictorum, nisi dominus Patriarcha, qui fuerit pro tempore in Aquileiensi Ecclesia predicta in cuius rei euidentiam et stabilem, ac perpetuam firmitatem memoratus dominus Raymundus Patriarcha instrumentum presens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Joannes de Lupico Sacri Imperij publicus Notarius his presens interfui, et de mandato supradicti domini Raymundi Patriarchae scripsi in formam publicam reducendo.

Concessio faciendi Forum in Tulmetio, et in ambiguis interpetratio.

1269 In Christi Nomine. Amen. Anno eiusdem Millesimo ducentesimo

1289

simo Octuagesimo Nono, Indictione secunda die quarto
mensis Januarij Aquilegie in Patriarchali Palatio
praesentibus Dnis Philippo Praeposito Sancti Stephani
Aquilegiensis, Magistro Leonardo de Flaugnaco Canonico
Ecclesiae Aquilegiensis, fratre Petro de ordine Humili-
tator, in Ermo de portis de Ciuitate, Magistro Ioanne
de Lupico Notario, Puendino de Merliano, et alijs pluribus
ad hoc uocatis testibus, et rogatis. Rev.dus In Christo
Pater, et Dns Raimundus Sanctae Sedis Aquilegensis
Patriarcha talem declarationem, seu interpretationem
fecit in scriptis sic dicens. Nos Raimundus Dei gratia
G Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha notum fore G
uolumus uniuersis tam presentibus quam futuris quod cum
felicis recordationis Dns Gregorius Patriarcha Aqui-
legensis praedecessor noster sub certa poena praecepisset, ac
inuiolabiliter statuisset quod nullus hominum in prouintia
Carnea de panne, uino, carnibus, blado, sale, pane, bestijs
cuiuscunque generis, seu quibus uis alijs rebus usui eorum
necessarijs, cum alio inter se aliquod facere forum
auderent sed praedicta si eandem poenam uellent uitare in
foro Tulmetij deberent uendere seu, et comperare nos
attendentes quod Officiales, qui pro tempore fuerant in
eadem

55

eadem prouintia inde supra materiam malignandi homines
dictæ prouintiæ multiplicibus molestationibus ad ima,
seu ultima deduxerant paupertatis ut eorundem hominum
statui prouideremus, et quomodo uniuersis hominibus
eiusdem prouintiæ concessimus, et dedimus licentiam, et
liberam potestatem, ut non obstante statuto prædicto
eorum, quilibet in locis, et uillis ubique per eandem pro=
uintiam panem, uinum, carnes, bladum, salem, porcos
bestias, siue animalia cuiuscunque generis, et omnes alias
res usui suo necessarias inter se uendere ualeant, ac
etiam comparare eo tam saluo quod forensibus nihil
prædictorum uendere ualeant nisi in publico foro Tulmetij
sicut esse in mercimonijs, et alijs prout hactenus fieri
consueuit, sicut in Instrumento publico confecto exinde
per Magistrum Joannem de Lupico dilectum Notarium
nostrum nostroque sigillo munito plenius continetur
uerum quidam Homines dictæ prouintiæ ex concessio=
ne huiusmodi ampliorem quam de pleno licentiam
recte intelligentibus caruerant potestatem, et liber=
tatem assumentes in rerum uenditionibus, et emptio=
nibus prædictorum præsumebant amplius quam de inten-
tione sic fuerat concedentis res huiusmodi, quam ab alijs
compa=

rantes, et uendentes alijs, qui eas ulterius in tertiam manum
uendebant propter quod inter officiales nostros de Carnea,
et quosdam Homines questiones oriri plurimas contingebant
volentes igitur questionum huiusmodi materiam amputare
cum illius sit interpretare cuius est condere predictam
concessionem nostram factam hominibus Carneae super
emendis, et uendendis rebus huiusmodi iuxta interpre=
tationem quam in concessione huiusmodi habuerunt, et
habent interpretamur, et declaramus hoc modo, uidelicet
q. homines prouintiae Carneae in quibuslibet locis, et
villis eiusdem prouintiae non obstante statuto panem,
uinum, carnes, bladum, salem, pannos, bestias, siue
animalia cuiuslibet generis, et omnes alias res usui
suo necessarias inter se uendere ualeant, seu etiam
comparare ita q. nullus alteri uendere ualeat aliquam
rem huiusmodi, quam ab alio comparauit cum rem emere,
et empta uendere non sit rem ad usum necessarium, et
propterea ad mercationis ministerium comparare, et
etiam saluo, q nullus rem aliquam minutim forensi=
bus uendere audeat, nisi in mercato Tulmetij memo=
rato, si quis autem huiusmodi nostrae interpretationis,
seu declarationis tenorem de huiusmodi rebus facere

forum.

forum presumpserit, uolumus quod in praedictam poenam per dictum praecessorem nostrum impositam per hac cadat sibi nullatenus remittendam augumento enim, et statui praedicti mercati nostri Tulmetij prouisione debita intendentes uolumus, et mandamus sub poena praedicta per nos nostrosque successores quod nullus per modum mercantionis alicubi in dicta prouintia Carnice, nisi in dicto mercato res aliquas uendere aut comparare audeat seu mercantiones aliquas exercere, in quorum testimonium, et stabilem firmitatem dictus dominus Patriarcha presens instrumentum per me Valterium infrascriptum Notarium scribi iussit, et sui sigilli pendentis munimine roborari ~ ~

Ego Valterius Ciuitatensis Apostolica, et Imperiali auctoritate Notarius praedictis interfui, et rogatus scripsi ~

Concessio fortificandi Terram Tulmetij, et faciendi fornacem: Item quod non uendantur pignora extra Tulmetium: Item prouisio de Vadijs, et Muta.

In Christi nomine Amen Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo Tricentesimo Sexagesimo, Indictione tertia decima, die decimo mensis Augusti. Actum Tulmetij in viridario domus Sandrutti Brugni de eodem loco presentibus Nobilibus, et sapientibus viris dominis Joanne de Monticulis Juris utriusque perito Infrascripti domini Patriarchae in temporalibus Vicario generali Corleuario et Capone della Turre, Zanutto de Sancto Daniele, Hermacora de Pratta vice Gastaldione Tulmetij, ac Nicolusio Notario olim domini Enrici Zirbini de Utino testibus, et alijs pluribus. Constituti in presentia Reverendissimi in Christo Patris et domini Ludouici Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae dignissimi Nobilis et discreti viri dominus Pancera dela Turre Gastaldio Consilium, et Camerarius Terrae Tulmetij eidem domino Patriarchae exposuerunt dicentes quod bonae memoriae dominus Nicolaus Patriarcha predecessor suus dudum per suas patentes infrascripti tenoris litteras eius vero pendenti munitas sigillo hominibus, et Universitati dictae Terrae Tulmetij ad ipsius Terrae fortificationem pariter et augumentum certas concessiones, et Gratias in predictis litteris seriosius expressas fecerat speciales. Quare supplicauerunt humiliter

ipsi

ipsi Dño Patriarchæ, ut concessiones, et gratias ei factas huiusmodi approbare et confirmare benignius dignaretur. Idem namque Dñs Patriarcha post lectas ad intellectum sibi litteras huiusmodi supplicationibus dictorum Gastaldionis, et Consilij inclinatus litteras præfatas nec non omnes, et singulas concessiones et gratias, ac quæcumque alia in eiusdem litteris prædicti Dñi Nicolaj Patriarchæ

K prædecessoris sui inserta ratificauit, et approbauit suumque in his omnibus assensum attribuit pariter, et consensum mandans mihi Notario infrascripto quatenus de his publicum conficere instrumentum sui ad cautelam Sigilli pensione munitum. Tenor autem litterarum prædictarum prædicti Dñi Nicolai Patriarchæ eius pendenti munitarum sigillo, ut præmittitur de uerbo ad uerbum sequitur, et est talis :~

1356, 23 [illegible]

I. Nos Nicolaus Dej gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha notum fore uolumus uniuersis tam præsentibus quam futuris quod immensæ fidelitatis constantiam attendentes, quam nos, ac prædecessores nostros, et Aquilegensem Ecclesiam semper habuerunt dilecti fideles nostri . . . Habitatores, et Incolæ Terræ nostræ Tulmetij, nec non grata, et deuota obsequia nobis, et dictæ Ecclesiæ liberaliter

liter exhibita, et quae impendere quotidie non desistunt non
immerito prouocamur ut eos, et dictam Terram nostris gratijs,
et fauoribus prosequamur, cupientes igitur dictam Terram
Tulmetij utiliter augeri ac fortificari, et tegulis taliter
cooperiri quod ab Aemulorum insidijs, et consueti incendij periculo
sit immunis nostro, et successorum nostrorum, et Aquilegensis
Ecclesiae nomine liuella nostra, et Aquilegensis Ecclesiae
de Tulmetio Communi, et hominibus dictae Terrae ab
anno proxime futuro in antea usque ad uiginti annos tunc
proxime sequentes integros, et completos Tenore praesentium
duximus concedenda hoc pacto uidelicet, et conditionem
quod pecuniam huiusmodi liuellorum, ac quadraginta marcharum
denariorum Aquilegensium nouorum de ipsorum dacijs annis sin=
gulis antedictis expendere debeant in laborandis, et
perficiendis turribus, et muris, ac foueis inceptis
circum circa dictam Terram, ita quod turres, muros et
foueas huiusmodi debeant hinc ad octo annos proxime
futuros integre compleuisse et hinc ad duos annos proxi=
mos in uno angulo ipsius Terrae cum consilio duorum Ma=
gistrorum nostrorum ubi eis melius uidebitur expedire
unum fortecilium laborasse, in quo possint dicta Terrae
homines guerrarum temporibus cum eorum rebus permanere
securi

L. securi, quae quidem omnia si non compleuerint in terminis huiusmodi ut praefertur ex nunc prout ex tunc cassamus dictorum liuellorum concessionem per nos eis factam, et nullius esse uolumus roboris, uel momenti iusto tamen impedimento

M. cessante. Item dictis Communi, et hominibus concedimus ad liuellum perpetuum totam Braidam cum Pallude, et Territorio nostro positum iuxta ipsam braidam in loco, qui dicitur pralongiades, quae fuit q. Hermani militis de Carnea sitam iuxta Castrum Inuilini, ita quod in huiusmodi territorio facere possint et debeant sine ad unum annum unam fornacem pro tegulis faciendis ad coopturam Domorum Terrae praedictae nobis et Ecclesiae Aquileiensi iure liuelli perpetui pro braida Pallude, et Territorio huiusmodi uigintiquinque libras Ueronensium paruorum, dicti

N. Communis, et homines soluere teneantur, et nihil aliud. Item statuimus uolumus et mandamus, quod de cetero nullum pignus a quinque solidis Ueronensibus paruorum supra in Contrata nostra Carneae ad incantum uendatur, seu uendi possit, nisi in Terra Tulmetii supradicta iuxta consuetudinem antiquitus obseruatam, Item statuimus, uolumus et mandamus, quod omnes Uadie ab octo denarijs supra sententientur in praedicta Terra Tulmetij, uel coram Gastaldione nostro ubi fuerint per Iuratos de Carnea. Item Mutuo sex Ueronensium paruorum pro summa, quae soluitur per ementes Tulmetio praesentium tenore

tenorem cassamus, et annullamus decernentes, quod de cetero in Terra ... etij nulla lacenus exigatur. Caeteras vero Mutas nras antiquas, et consuetas affirmamus, volentes, et mandantes, q. de cetero exigantur. Item de speciali gra praefatos Communem et Homines de Tulmetto absolvimus a servitio militiae eis impositae Nobis, et Aquilegensi Ecclesiae exhibendo ad octo annos proxime, et completos et ho. propter magnas expensas praedictas, quas ipsos in fortificationibus praedictae Terrae, ut permittitur facere oportebit. Insuper ad evitandas malignorum pravitates et ut Contrata nra de Tulmetto, et de Corneae in bono statu conservetur omnia statuta facta p bono, et tranquillo statu eiusdem Contratae tenore pntium approbamus, ac etiam confirmamus et firma, et rata esse volumus ac mandamus in Tulmetto et p totam Contratam Corneae in omnibus inviolabiliter servari. Nre Ecclae sub obtentu promittentes nro, et nre successo omnia, et singula suprascripta firmiter attendere, et complere, et nullatenus contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa de Jure, vel de facto, sed ea potius irrevocabiliter conservare. In quorum omnium testimonium pntes fieri iussimus nri sigilli appensione munitas. Datum Aquilegiae in nro Patriarchali Palatio Die vigesimotertio mensis Januarij Anno Dni Nativitat[is] 1356. Indictione nona.

Ego Joannes q. Dni Gubertini de Honate Utini habitans publicus Imperiale auctoritate Notarius, et p.fati Dni Patriarchae Officialis, et scriba p.dictae Confirmationi, et approbationi interfui, et rogatus scripsi, et publicaui.

Concessio Decimae, et quod celebrentur Hundinae Septimatim In die Jouis, et quod possideatur tabella.

Nos Joannes Dei gra Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha Tenore p.ntium notum facere uolumus Uniuersis praesentes nras litteras inspecturis. Q. Die noctuq. indesinenter animo cogitamus, et reuoluimus. qualiter Terras, Castra, possessiones, Jura et Jurisdictiones nras, et nrae Aquilegensis Ecclesiae praeci= pue nobis, et ipsi Ecclesiae fideles ampliare meliorare in procerium statum reducere decenter possemus hoc toto Cordis desiderio anhelantes, et propterea considerantes dilectos fide= les nros . . . Consilium, et Comunitatem Terrae nrae Tulme= tij Nobis, et ipsae nrae Ecclesiae continue fuisse, et esse fideles ac fideliter hactenus seruiuisse seruireq. potuit, et debebit fidelius, atq. feruentius, dante Dno infuturum propterquam fidelitatem eandem Terram nram cum Deo possemus ampliare, et meliorare cordialiter peroptantes, et scienter, p ut calere ... edocti. Nos certam habere Decimam super certis territorijs,

et Agris

Nos Petrus Lando Dei gratia Dux Venetiarum etc. Universis et
singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus quam
futuris has nostras inspecturis notum esse volumus quod venientes
nuper ad presentiam nostram prudentes, et circumspecti fideles
subditi nostri Bernardinus de ...nitiis, et Andreas Vignia
nomine fidelissime Communitatis nostrae Tulmetij attule=
runt privilegium quoddam eidem fidelissime Communitati nostrae
indultum per Reverendum Patrem quondam D. Joannem Patriarcham Aquilegensem
sigillo cereo cum impressione Aquilae in cera rubea munitum et
Datum Die nono Augusti M·CCC·LXXXXii. In Castro Tul=
metij supplicantes et petentes ut sicuti per Dominum nostrum
eidem fidelissime Communitati nostrae alias concessum fuit,
ut de integro ad perpetuam rei memoriam rescriberentur privi=
legia eidem Communitati nostrae per nonnullos alios Reverendissimos
Dominos Patriarchas Aquilegienses indulta vellemus similiter,
et dignaremur mandare, et eidem fidelissime Communitati nostrae
concedere, ut similiter prefatum Privilegium ad perpetuam
rei memoriam rescriberetur, cui quidem petitioni benigne
annuentes iussimus, et mandavimus, ut de verbo ad verbum

tenorem

reficeretur, et describeretur, ita quod omnibus casibus et causis tam civilibus quam criminalibus tractentur, et sub nro Dominio gubernentur sicuti hactenus, et semperq. fieri consueuit, et quod non sint contra honorem et Statu nrum seruato etiam unicuiq. iure appellationis, et protectionis ad Dnum nrum, seu ad Locumtenentem nrum, sicuti alias etiam per Dominium nrum in caeteris eorq. Priuilegijs a nobis expositum, et declaratum fuit.

1392. 9 Agosto. Tenor autem suprascripti Priuilegij talis est. V3.

Nos Joannes Dei gratia sanctae sedis Aquilegiensis Patriarcha notum facimus, q ad subleuationem nram, nostrorumq. Successorum, et ipsius nostrae Aquilegiensis Ecclesiae pro euitandis quibuscunq. seruitorum nostrorum sumptibus et laboribus per Ciuitates, Terras, et Castra murata, atq. loca nostra Jurisdictiones regendas, et legitime gubernandas dispartiuimus, adeo q intento animo toto corde assidue cogitamus, et optamus ipsa loca, quibus Juridictiones regendas largiti fuimus decorare, meliorare in procerum, et exaltabilem Statum augere, atq. educere

et prababilia

et praehabita a pluribus fide dignis personis informatione
de fidelitate, et integritate nostrorum Gastaldionis
Officialium Consiliariorum, et Communis Terrae nostrae
Tulmetii maxime in regendo, et gubernando iurisdictiones
Gastaldiae nostrae Carneae, et pro pleniori nostra syncer...
volumus videre Castrum Terram et Situm locorum tam
Tulmetij quam Carneae, et considerantes quod habitatores dictorum
locorum praecessoribus nostris nobisque, et Aquilegiensi
Ecclesiae fuerunt, indiesque sunt fidelissimi, nullisque denique
parcendo expensis, vel laboribus, propter quorum fidelitatem
per Nos, et Successores nostros, nostramque Aquilegiensem Eccle=
siam Terram eamdem nostram Tulmetij, tamquam Caput,
S. Matricem, Dominatricem, et Principalem totius dictae Pro=
S. vinciae nostrae Carniae meliorare decorare, et extimo corde
exaltare peroptantes diligenter videre voluimus statuta
per Nos, et Praedecessores nostros pro universali bono illius
Gastaldiae nostrae Carneae concessa, et demandata Gastaldioni=
bus praesentib. et futuris, atque Consilio Communis ipsius
Terrae Tulmetij pro regimine totius provinciae nostrae
Carniae regalitati ipsius Terrae subiectae uno volumine
S. distincta

113.

distincta, et ordinata, Quæ quidem ut pote rationabi
liter approbauimus, et confirmauimus, ac firma, et rata
esse uolumus, quæ sub obtentu gratiæ nostræ, et pœnis
in eis contentis inuiolabiliter ab omnibus mandauimus
prout et mandamus perpetuò obseruari. Item uolentes
ipsam terram, et Communitatem nostram Tulmetij nobili=
tare ultra illius ueterem et usitatam antiquam insi=
gniam turris, et portæ super ea considente Aquila
Qua ad libitum uti possint, perpetuò largimur insigniam
Crucis Albæ intra campum cælestem, et limbo suo
rubeo, quam tam pro Vexillo, quam pro sigillo, uel
aliter a modo in futurum habeat, Quam etiam Commu=
nitatem elegimus numerariam consiliatricem nostri
generalis Colloquij, et Parlamenti quotiescunque fieri
contigerit. In quo possit mittere unum, et plures Viros
Consiliarios, cui inter Communitates elargimur illi quin=
tum stallum residentiæ, et uocis. Item ne commissa,
uel si qua in Terra ipsa Tulmetij, aut prouintia Gastal
diæ nostræ Carniæ committerentur atrocia, et ardua
corporalia, uel aliter malefitia, uel delicta remaneant
impunita

impunita provisum et firmiter statutum esse volumus.
Quod cum praesentia Gastaldionis praesentis et futurorum
Consilium ipsius terrae nostrae Tulmetij in quibuscumque
casibus, et excessibus et contra quoscumque nullis exceptu=
atis per accusationes, denuntias, inquisitiones et
quemcumque expedientem modum procedere valeat, et
debeat, et inappellabiliter absoluere, vel condemnare
prout de iure illi visum fuerit, et videbitur, Cui
Communitati Tulmetij damus merum, et mixtum
V Imperium cum omnimoda potestate gladij contra faci=
norosos. Volentes etiam pro evitandis dictorum nostrorum
Gastaldiae comitum sumptibus, laboribus, et expensis,
Quod nullibi aliquo modo, vel causa possint conveniri
praeterquam coram Gastaldione nostro, et Judicibus Terrae Tul=
metij sub poenis in Statutis dicti loci expressis, ita ut qui=
libet etiam forensis tum volens agere cum aliquo subdi=
to Gastaldiae praedictae nullibi valeat agere nisi coram
ipso Gastaldione, et Judicibus Tulmetij, et a lenibus pecu=
niarijs criminalibus, et quibuscumque Civilibus causis ab
eorum diffinitivis sententijs ad Nos, vel Vicarium nostrum
in Temporalibus possit quilibet gravatus appellare. Item

Gastaldionibus

Gastaldionibus nostris præsentib., et futuris, atq. Consilio ipsius Terræ Tulmetij concedimus, et largimur potestatem, et facultatem pro quibuscunq. criminis, et atrocibus casibus a quocunq. in alijs Jurisdictionibus Patriæ, et alibi, exceptis commissis in Ciuitate nostra Aquilegiæ, et exceptis casibus hæresis, læsæ maiestatis, Incendij, et Euersionis, derobationes, Patricidij, Venefitij, et notorij assassinamentis, quos possint acceptare, et assecurare in quocunq. loco ipsius nostræ Gastaldiæ confugientes, adeo quod sine aliqua molestia reali, uel personali ibidem ad beneplacitum Gastaldionis, et Consilij impune ualeant habitare, nec a locis dictæ Gastaldiæ aliter extrahi sine concessione spontanea Gastaldionis, et Consilij prædictorum.

Item Communitati, et Consilio dictæ terræ nostræ Tulmetij concedimus et damus omnes immunitates, libertates, gratias, et priuilegia, quæ per Nos, et Prædecessores nostros

V quoquo modo reperiuntur hactenus concessa, et largita quibuscunq. Ciuitatibus, Terris, Castris, et Locis nostræ Aquilegiensis Ecclesiæ seruientibus, resecatis clausulis, et uerbis impertinentibus, et superfluis. Vlterius habitatores et Ciues ipsius Terræ nostræ Tulmetij, et eorum Vicinos forenses ex Statuto acceptatos, uel acceptandos, nec non Vasallos, siue

Giesmanos

Germanos nostros in dicta Gastaldia nostra Carneae habitantes declaramus immunes a quibuscumque speculationibus, explorationibus, itineribus, passuum custodijs, bellorum grauaminibus personalis militiae, et alijs seruitutibus rusticis dictae nostrae Prouinciae imponendis, remanente tamen seruitio solitae, et debitae equestris militiae ad requisitionem nostram, nostrorumque successorum, quam pro defensione, et honoris exaltatione praedictae nrae Aquilegiensis Ecclesiae impartiri teneantur, a quibus quoque rusticis factionibus, grauaminibus, et angarijs propter locorum sterilitatem exceptuauimus Villas, et loca nostra posita in confinibus ipsius Gastaldiae. vz. Saures, Sappada, Furnum a uoltro, Temau, et Cleulis, quae si necessitate temporum pro statu, et honore nostrae Aquilegiensis Ecclesiae, uel beneficio Terrae Tulmetij grauabuntur secundum talium possibilitatem annumerentur, et imbursentur cum habitatoribus Tulmetij. Item quia pro defensione nostrae Aquilegiensis Ecclesiae, et locorum huius Patriae contra ipsius hostes, et rebelles propter insupportabiles expensas contingit seruitores nostros cogi ad angarias, perangarias, factiones, taleas, mutua subsidia, collectas, aestimationes, impositiones, et talia onera, quae si occurrerent aliquo tempore per incolas Villarum,

et Capitaneos

et Capitaneos quattuor quarteriorum dictæ nostræ Gasta
ldiæ, præmissis ut supra, semper ab eorum ordine, et regulis
exceptuatis, volumus, inspecta quorumcunque facultate,
taxari, limitari, et compartiri, et exacta præsentari, et
solvere Camerario Tulmetij, qui habeat illa consignare
in Curiam nostram. Item statuimus, et mandamus quod
annuatim Capitanei Quarteriorum intra octavam Nati=
vitatis Domini Nostri Iesu Christi coram Gastaldione, et
Consilio in terra Tulmetij calculare omnes expensas
occursas, et æqualiter in quattuor partes solvere de=
beant, adeo quod si aliqua inter eos appareret differentia,
ibidem per Consilium debeat inappellabiliter terminari, et
decidi, quæ quidem omnia, et singula ad regalitatem ut
supra emulgata ordinata, et concessa per præsentes nostras
litteras per Nos, et Successores nostros nomine nostræ
Aquilegensis Ecclesiæ statuimus, confirmavimus, et appro=
bavimus, concessimus, et largiti fuimus ad laudem Omni=
potentis Dej, et Domini nostri Jesu Christi, Gloriosissi=
mæ matris Mariæ, et Omnium Sanctorum, In cuius rei
testimonium præsentes scribi iussimus, et nostri sigilli
pendentis munimine roborari.

Datum in Castro nostro Tulmetij. Anno Domini
Millesimo, Trecentesimo, Nonagesimo secundo. Ind.
quintadecima, Die uero Nono mensis Augusti.
In quorum fidem omnium suprascriptorum fidem has nostras
fieri iussimus, et bulla nostra plumbea muniri. Die X°.
mensis Julij Inditione XV.ª M.D.XXXXii.

1475
In Christi Nomine Amen. Anno a Natiuitate eiusdem Millesimo
quadrigentesimo. Septuagesimo quinto Ind. 8ª die uero 19 mensis
Februarij. Actum Tulmetij in Stupha Domus Comunis Tulm.
Cao Vsle= presentib. Ven.bus presbiteris Gregorio filio magistri Stephani de Iusti=
mo nopoli, et presb. Iusto filio q. Federici de Tergesta. Item q. Iohannes
Ant. filio q. Petri Pacis de Ciuitate Austria et q. Laurentio filio
m.i Juliani de S.to Daniele rector scolarum. Item q. Iohanne de Velomono
mercator bisstamimis dicem cum testib. ad infrascripta uocatis
et specialiter habitis, et rogatis. Ibi coram Sp.li D. Modesto de
Castello de Tarcutio Gen.lis Castaldione Carneae, nec non q. Filippo
de Rodolinis, q. Daniele Raitimbergair, q. Ioanne de Frisacco,
et q. Urbano Janisi omnibus de Tul.o Sindicis et p. Mag.ca
Communitatem Tulmetij ad concordium et compositionem infra=
scriptam specialiter deputatis ut de dicto Sindicatu, et deputatione
constat manu mei Antonij Notarij infrascripti sub instantibus
anno Ind. et die, Constituti infrascripti Capitanei, et Sindici
Quarteriorum, et Villarum Carneae. Vi q. Dorieus Vesetulli de Im=
metio Capitaneus quarterij de Tumetio, Francisci Iacobi
Chiauttae de Cauatio Syndicus Com. Cauatij, ut asseruit ...

n'

re manu egregij ser Bartholomei Jacobi not. de Tulmetio sub anno 1474. die 20. Novembris. Antonius Zossanutti de Verzegnis Syndicus Villarum plebis de Verzegnis, ut assertum est constare manu egr. ser Bartholomei suprascripti sub anno instanti die 7. febr.: mag. Blasius famini de Casanova, et Brulus judicis de Cedarchis Syndici Villarum Cavilie, Casanove, Fusee et Cedarchi ut assertum est constare manu ser Danielis Hermacore not. Tulmetij sub anno instanti die 7. febr.

(Christophorus Veritti de Tertio in margine fuit.) Christophorus Veritti, et Cancianus de Tertio Syndici Ville de Tertio plebis Tulmetij ut assertum est constare manu ser Bartholomei antedicti sub anno instanti die 5. febr. Jodocus de Fajs, et Nicolaus Quaglia Capitanei quarterii Canalis S.ti Petri a Randice supra, et infra Adamus de Piano, et Antonius Grassi de formeaso Sindici Villarum Canalis S.ti Petri a Randice infra ut assertum est constare manu supradicti ser Bartholomei sub anno instanti die 12. februarij. Blasius Seradurarius, et Julianus Poloni de Sudrio Sindici Ville de Sudrio, ut assertum est constare manu supradicti ser Danielis sub anno 1474. die 16. octobris. Nic.s Quaglia de Bridia supradictus, et Leonardus Stephani Sindici Villarum Bridie, et Nosarijs, ut assertum est constare manu antedicti ser Danielis predictis anno et die. Candidus Polonia Capitaneus Canalis, et quarterij Socleui, ser Michael Sabadini de Invillino Sindicus Villarum plebis Invillini, plebis Enemontij, et plebis Subclevi, ut assertum est constare de Sindicatibus manu antedicti ser Bartholomei sub anno 1475 diebus vero sexta, et octava febr.: Nicolaus fabri de Extrampo

Capit.

Capitaneus Canalis, et Quarterij Guarti, Leonardus francisci de Miono,
et Antonius de Solar de Pessarijs Sindici Villar. Canalis Guarti, ut
assertum est constare man. sup.ti Bartholomei sub infrascripto anno, die
vero 8. feb. omnes ad infrascriptum agendum specialiter in Sindicos
electi, et deputati dictorum Quarteriorum, Villarum, et eorum nominibus,
ac suis intervenientib. supplicationem narrationem, oblationum, et
promissionem, pactum pacem, et concordium in scriptis porrexerunt
tenoris huius modi v3. Concio sia, che lo Sp. Consiglio della Terra di
Tolmezzo da antichissimo tempo in qua, et da tanto tempo in qua
che no è memoria in contrario sia stato Capo, Reggimento, et governo
della Contrada de Cargna, et quella habbia governada dalli gentilomeni
pro posse nelli tempi delli R.mi ss.ri Patriarchi, et nel tempo in qua
fu reduto sotto l'obedientia alla nostra Ill.ma Ducal Sig.ria di Venetia
expendendo piu fiade di sua borsa a beneficio di essa Contrada, come
al presente in piu modi, et diverse vie se comprende, et maxime del
1469. in qua: da qual tempo la Contrada per instigation de al-
cune persone non havendo piu avertentia, insurgit contra la
terra de Tolmezzo litigando contra quella per lo Statuto della
Carne, et per lo Statuto de Vicini forestieri, per lo vender delli
panni in Tolmezzo, per lo portar delle arme, per lo comprar biava
sotto la Loza, per la electione delle Cernede: et per piu cose, come
nelli . . appare et a Venetia, et in la Patria. per laqual lite la
Contrada ha conseguito non solum danno de innumerabil opere per
lo litigar indebito, ma etiam ha conseguito, che per indefensione
della Terra, et del Sp.le Consiglio di Tolmezzo spesse volte è stada
angariada per diversi modi, et con diverse, et insoportabili angarie,
et piu che mai con assidua perseverantia [illegible], et per

tanto

tanto cognoscendo che la Contrada come membro della Terra
da se medesima senza diligente governo, che soleva haver la Sp.le
Comunità avanti la predita lite prevaler, et resister, et governar
non se poria cognoscendo etiam essa Contrada haver deviato dalla
debita riverentia verso la Terra: et la Terra cessar de vera
affettione, et carità verso la Contrada: Memorevoli adonche
delle cose passate, et presenti. Et memorevoli etiam della contri=
tion fece el beatissimo Apostolo M. San Piero, el qual conversus
ad se flevit amare, et ritornò in gratia del suo Maestro Redem=
ptor nostro seguendo le vestigie del ditto Apostolo essa Contra=
da con tutta la sua prona mente se getta nelle braccia et gremio
del Sp.le Conseio predetto supplicando humilmente con ogni de=
905. clination, che se essa Contrada universalmente, et particular=
mente havesse in qualcosa deviato dal suo debito la Corta
predetta per opera de misericordia vostra, et se degni accettarli in
gratia, et remetterli ogni offensa, perche de qua avanti essa
Contrada remota ogni exception, ogni rancor, et odio come
95. buoni fioli subditi, et servitori farà debita obedientia verso
M. lo Gastaldo, et Communità soprascritta, et lo governo di
essa Contrada sempre sub umbra, et protettione della nostra
ill.ma Duc. Sig.ria debitamente rimanga in lo ditto Sp.le Conseio
de Tumello: Et perche essa Comunità per il passato ha havuto spesa
in la lite, ha havuta con essa Contrada: pertanto per remuneration,
contribution, restauration, overo recompensation di esse spese:
la Contrada predetta per una volta solamente offerisse et se obliga
dar

Supplicante nuovamente la Contra[illegible] da l'ente in avvenire [illegible] a [illegible] misericordia.

D.ti 400: dar alla Corte p.dicta Ducatti quatrocento: in anni quatro, cioè
anni 4 ducatti uinticinq. per anno in cadaun quartero per fin, che sara
sodisfatto alla ditta summa comminciando a pagar alla festa di
S.ta Maria Madalena de mense Julij pross.o a seguir: Item prega
et supplica la Contrada a esso Sp.le Conseio, che sotto l'ombra, et
protettione della Ho.stra Ill.ma Duc. S.ria se degni hauerla per raccō-
mandata et deffenderla, fauorirla, solleuarla, et per dar cason, et
materia che a esso Sp. Conseio che habbino bona, et fidel [illegible]
del gouerno, et deffension di essa Contrada, et habbia materia et
cason de portar bona cera, et singular dilettioni, amor, et carità
uerso la Contrada: Essa Contrada a fortificatiom et riparation
Offerta di S.i cinq in anni 6 della Terra offerisse dar, et prometter in adiutorio a essa Corte
soldi cinq. per fuogo all'anno per anni sei, comminciando li detti
sei anni immediate passati li quatro anni sopscritti:
Ordine de le cerne Item prega et supplica essa Contrada, che esso Sp.le Conseio circa la
elettion delle Cernide a perpetual memoria, pace, et concordia faria
uno ordine, elqual si habbia obseruar nell'auenir: offerendosi
oltra di ciò essa Contrada pronta, et parecchiada à ogni piacer
de M.s lo Castaldo et Comunità p.detta. Promettendo di
qui innanti non si leuar contra M.s lo Castaldo et Corte sop.ta
Qui D.ni Castaldo Sindici, et deputati auditis et intellectis
dictis Capitaneis, et Sindicis Contrate Carnea, et eorum narra=
tionibus, oblationibus, promissionibus, et omnibus supradictis
p.ta, habita matura deliberatione ex auctoritate et facultate

68.

tis per Mag.cam Comunitatem Tumetij p.dictam attributis
Responderunt In scriptis in hunc modum Vz Pretermessa
la commemoration del diligente, et fidel governo ha sempre
hauuta la Comunita et Terra di Tomezo in la Contrada
Carnia particularmente, et universalmente con non poca
spesa, et pretermessa la commemoration de le spese innumerabil ha fatta hauer la Contrada contra la Comunita soprascritta per farli far indubitamente lite in diverse
casone: pretermessa etiam la commemoration delli grandi, et
diversi beneficij receuuti per essa Contrada da la Comunità p.detta,
et pretermessa la indebita ingratitudine ha usata essa Contrada
verso la Comunità, Non uolendo essa render Comunità mal per
male, miseratione Divina suadente, li p.fati Sindici, et
deputati a nome ut supra benignamente acceptano essa
Contrada con le oblationi, et promissioni sop.scritte fatte a
essa Comunità, remettendo ogni ingratitudine, et inavertentia
ha usato essa Contrada suadendo, et exortando quella a uiuer
bene, et usar il debito suo verso M.r lo Gastaldo, et Comunità
p.detta, promettendo, che di quanto a essa Comunità sara possibile, fa=
cendo essa Contrada debita obedientia, goldeuarla et aiutarla de consegli
et fattione con gratia dell Ill.mo Duc. S.a con spese tamen di essa Contrada
lequale spesa sara tenuto ordinato conto: Circa le electione de le
Consule, ouero huomini de fatti, perlaqual fu litegado, et per la Comunità
In contradittorio Iudicio fu obtenuto, acciò che per l'auenir sia perfetta
intelligentia del ordene dell' electione, Vuole essa Comunità che in lo
adunar

Li Sindici, et deputati di Com.tà accettano la Contrada.

adunar delle Cernide ouer huomini de fatti, quando sera de bizo=
gno a deffension della Patria, ouer del.a Contrada, ouer a requisition
della Ill.ma Duc. S.a la ellettion de essa Cernide, ouero huomini
de fatti se habbia a far per lo Capitanio de Tumè, o nelle quar=
tieri de Carnia, doue se congregaran li huomini, et fatta la
ellettion secondo el numero necessario, essa elettion se scriua
per lo Concielier che sopra cio sara deputato per essa Comunità
con lo nome de le persone, et arme loro et in cadauno de essi
quartieri. esso Capitanio de Tolmezo deputara Uno Caporale
al numero de le Cernide de cadauno Quartiero. el qual ali biso=
gni, et ridditi possa leuar prestamente co le Cernide, che li sera
commesse. et per lo Salario dello Cap.o et concielier sop.to La
Contrada pagar debia soldi trentadui al Zorno per cadauno,
et le spese de bocca a loro, et suoi Caualli: Et accio sia perpe=
tual Concordia, beneuolentia et perfetta pace. tra essi mag.co

Concordia

Castaldo et la Communità, et Contrada, delle predette narra
tion, oblation, promission, et prouisione se fara publico, et
authentico instromento. Lectis igitur dictis scripturis per
partes predictas bene inde debis, et porrectis, ac per ipsas partes
plane intellectis prefati Sindici et Deputati, ut s.a pro Mag.ca

Sindici et Deputati

Comitate Carnetij ex una: et Capitanei ac Sindici Contratae

Cap.ei et S.ci Contr.

Carneae ut s.a partibus ex alia coram prefatis testibus, et me
Notario infrascripto singulariter interrogatis de omnibus, et
singulis in prefatis scripturis contentis et expresse nominatis,
ut s.a consenserunt per se, ac nominibus, ut s.a suorum ...

bbat

libet eorum, et promiserunt huiusmodi contentationem,
ac omnia et singula in ipsis scripturis contenta habere rata,
grata ac firma et eis uel alicui predictorum non
contrafacere, licentia uel uenire per se, uel alium, seu alios aliqua
ratione, ingenio siue causa de iure uel de facto renunciantes,
ipse partes, et earum quilibet exceptioni contentationis, et oppositio-
nis possessionis, et omnium suprascriptorum nomini sic factorum
ciuis alia legum, et iuris auxilio, cum quo, uel quibus a premissis,
uel quolibet in eis contentis se deffendere, uel tueri possent:
pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, et
obseruandis prefate partes altera alteri obligarunt omnia,
et singula tam sua, quam suorum constituentium bona mo-
bilia, et immobilia, presentia, et futura cum refectione dam-
norum, et expensarum omnium, ac interesse litis, et extra,
de quibus predicte partes rogauerunt me Antonium nota-
rium infrascriptum publicum conficere instrumentum seu in-
strumenta.



Ego Joannes Baptista de Franciscinis Ciuis Utinensis
filius antedicti q. d. Antonij publicus Imperiali aucto-
ritate Notarius suprascriptum instrumentum ex notis prefati
q. patris mei mihi commissis de uerbo ad uerbum transcripsi
In quorum fidem me subscripsi nomine signoque meis consuetis
positis.

Laurentius de Priolis Eques Patrie
Fori Julij Locumtenens Generalis.

Scritture della Communita di Tolmezzo concernenti la separatione della Patria del Friuli, et altro, dell'anno 1420. sino al 1620.

1420.

Die 16. Julij in Libro secreto Consilij Rogatorum notatoris, ad K. 169.

Cum comparuerint ad pñtiam nri Dominij prudentes Viri Simon q. Candidi, et Alexius q. Abrasa ex parte Communitatis ure Tulmetij ~~humiliter supplicarunt~~ et post raccomandationem factam nro Dominio de dicta Coitate Tulmetij humiliter supplicarunt, ut dignetur nrum Dominium dicte Coitatis confirmari consuetudines suas, ut se regatur, prout consueti sunt regi per elapsum, et prout in eis promissum fuit per Provisores nostros.

Vadit pars, quod dictis Ambasciatoribus respondetur, quod sumus contenti dictam Terram acceptare, et tenere sub gubernatione et protectione nostra, et eis confirmare statuta, Jura, et Consuetudines suas, et quod se regant cum illis modis et conditionibus, cum quibus steterunt per elapsum. Verum volumus q. Muda, et alia, quæ spectabant Dno Patriarchæ in Tulmetio venire debeant in nostrum Dominium.

Sequuntur litteræ Ducales

Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum &. Universis, et singulis tam amicis, quam fidelibus, et tam præsentibus, quam futuris, præsens Privilegium inspecturis facimus manifestum, quod

quod comparentes ad praesentiam nostram prudentes Viri Simon Notarius q. Candidi, et Alexius q. Abrahae Ambasiatores Communitatis Tulmetij humiliter, et devote supplicarunt, ut dignaremur dictam civitatem Tulmetij, et Contratam Vallis Carneae acceptare sub gubernatione, et protectione Dominij nostri, et dictae Civitati providere, et confirmare Statuta, Iura, et Consuetudines suas, et quae regant, et gubernent sub nostro Dominio, prout et sicut faciebant per elapsum.

Nos vero volentes erga dictam Civitatem Tulmetij, et Contratam praefatam, benignitatem, et gratiam nostram ostendere eandem Civitatem Tulmetij, et Contratam Vallis Carneae acceptavimus, et acceptamus sub protectione, et gubernatione nostri Dominij, confirmantes Civitati praedictae Statuta, Iura, et Consuetudines suas volentes quod se gubernent, et regant sub nostro Dominio cum modis, et conditionibus, cum quibus fecerunt per elapsum:

In fidem autem omnium suprascriptorum praesens nostrum Privilegium fieri iussimus, et Bulla nostra plumbea pendente muniri.

1420. 16 Luglio. Datum in nostro Ducali Palatio: Die Sextodecimo mensis Julij Ind.e XIII. Millesimo Quadringentesimo Vigesimo.

Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum etc.

Nobilibus, et Sapientibus Viris Roberto Mauroceno de suo mandato Locumtenenti Patriae Fori Julij, et Successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum

Comparuerunt ad nostram praesentiam prudentes Viri Simon Notarius de Tulmetio, Christophorus q. Petri. Nicolaus Not.s Sabbatinus Palutia, Benedictus de Empetio, et Seraphinus de Nolaretto

Canalis

Canalis Borti Ambasciatoris, et Huntij dictorum fidelium et subditorum nostrorum Camerarii, Consilij, et Communis Terrae nostrae Tulmetij, ac Communitatum, et Universitatis totius Contratae Vallis Carneae, ac Quarteriorum, et Canalium eiusdem Contratae in substantia devotissime supplicantes, ut eos conservare, defendere, ac manutenere, ac conservari, defendi, et manuteneri facere dignaremur, in eorum antiquis ordinamentis, statutis, et laudabilibus consuetudinibus antiquitus observatis, et a tanto tempore citra, quod hominum memoria in contrarium non existit in omnem eorum modum, tenorem, locum, et formam ac quibuscunque casibus, sicut alias per certos praeteritos Patriarchas confirmata et approbata fuerunt, et praecipue in his, quae tangunt meram Iurisdictionem, atque Regalitatem, et Unitatem et conservationem Gastaldiae nostrae, et parlatis dictae Terrae Tulmi: ac ipsius Contratae Vallis Carneae suprascriptae. et super huiusmodi eorum supplicatione quosdam particulares casus, et ordines contentos in suis solitis privilegiis, et antiquis consuetudinibus expresserunt. Hos autem auditis omnibus quae exposuerunt, visisque Privilegijs Patriarcharum praeteritorum, et habita super his bona consideratione, licet per formam Privilegij nostri ipsis nostris fidelibus indulti pro quod eos sub nostro Dominio acceptavimus, et Statuta, Iura, et Consuetudines suas solitas confirmavimus, volentes, quod sub nostro Dominio se gubernent, et regant cum modis, et conditionibus quibus fecerunt per elapsum, satis clarum, et indubium videretur

retur quod hec omnia, que possidebant iure concessa, tam pro
speciali complacentia dictorum fidelium nostrorum, quos propter
eorum fidem, et optimam dispositionem, quam ad nos, et Statum
nostrum eos habere cognoscimus, et ad omne dubium remouen=
dum declaramus, et sic fidelitati vestre scribimus, et mandamus,
quatenus supradictos fideles nros in omnibus eorum iuribus,
Priuilegijs, Concessionibus, et consuetudinibus in preteritum
obseruatis, sicut in Priuilegijs, seu litteris, et concessionibus,
quas a Patriarchis preteritis obtinuerunt clarius continetur, tam
in Ciuilibus, quam in Criminalibus conseruatis, et conseruari faciatis.
Itaque in omnibus casibus, et causis Ciuilibus, et Criminalibus
tractentur, et sub nro Dominio gubernentur, sicuti retroactis
temporibus facere consueuerant, dum modo non sint contra
honorem, et Statum nrum, reseruato tamen unicuiq; iure
appellationis, et protectionis ad nostrum Dominium, seu ad uos
Locumtenentem nostrum, sicut ad Patriarchas, seu eorum Vicarios
consueuerunt appellare, preterea intendentes ipsos nostros
fideles benigne, et humane tractare, concessimus eis atq; con=
cedimus, quod in factis mercationum, et rerum, quas conducunt,
et extrahunt de Venetijs tractentur, et expediantur ad omnia
officia nostra Venetiarum in totum, et per totum cum illis modis,
conditionibus, cum quibus tractabantur, et expediebantur antequam
guerra nuper preterita inter nostrum Dominium, et Patriam
Fori Julij, soluentibus tamen ipsis integram messetariam, sicut
faciunt Ciues nostri Venetiarum, hec omnia ad informationem
uram presentibus denotamus. uolentes per has litteras nostras
registrari

registrari, et postea dictis Ambasiatoribus restitui faciatis.

Datum in nostro Ducali Palatio die 16. mensis Aprilis Ind. 14

1421 Millesimo Quadrigentesimo Vigesimo primo: Mandamus igitur quibuscumque Rectoribus, et Officialibus nostris, quatenus suprascripta Privilegia, et Litteras nostras Ducales, quantum ad eos spectat, et spectare poterit observare, et observari ad litteram faciant.

Datum in nostro Ducali Palatio die 17. Septembris Ind. 2.da Millesimo quadrigentesimo Sexagesimo Octavo.

Quare Rectoribus, et Officialibus nostris quibuscumque mandamus, quatenus Privilegia, et litteras suprascriptas, et omnia in eis contenta, observari in omnibus faciant.

Datum in nostro Ducali Palatio die ii. Decembris. Ind. 12. 1423.

Pars capta in Excell.mo Consilio X.
sub anno 1444 Die 27. Junij.

Cum hoc Consilium principaliter creatum sit ut habeat providere ad ea, quae stabilimentum concernant nostri Status, et obviare omnibus his, quae scandalum, aut inconveniens habeant generare, et propterea magna sibi est auctoritas attributa etiam revocandi partes in alijs Consilijs captas, quae non sunt stridatae, et ligatae, et clarissime intelligatur inter caetera, quae non parvum errorem, et scandalum possent inducere, et ut non interrumpantur pacta, Privilegia, et concessiones factae Subditis nostris: Quare exinde animi dedignantur et multa mala possent inducere et a certo tempore citra Capita de xl.ta certas provisiones posuerunt de Rectorib.

de Rectoribus, et alijs rebus contra formam pactorum, Priuilegiorum, et Concessionum, quas ipsi Subditi nostri a nobis habeant nulla facta mentione in ipsis prouisionibus, quæ forent contra pacta, Priuilegia, et Concessiones supscriptas, quod non est tolerandum. ?

II Vadit pars, quod omnes partes posita, tam in Rectoribus, quam in quacunq alia re contra Pacta, Priuilegia, uel Concessiones per Nos Subditis nostris factas, sint reuocatæ, et pro reuocatis in totum habeantur. Præterea ordinatur, et . . .

quod de cetero poni non possit quicquam contra pacta, promissiones, et Priuilegia, quæ, et quas Subditi nostri a nobis habent, et si poneretur non ualeat, nec teneat, nisi positura sit per quatuor Consiliarios, et duo Capita de Quadraginta ad minus, et captum sit per tres partes Consilij, et si quis contrafecerit, cadat in ducatos mille, et bamniatur in maiori Consilio, et priuetur omnibus Officijs, et beneficijs per quinq annos, et non possit hæc pars reuocari, suspendi, uel declarari, aut aliter ullo modo poni, non contrafacientibus fieri gratia donum remissio, uel alia recompensatio sub eadem poena, et sic procedatur de pœna in pœnam, usq in infinitum, et committentur hæc inquirenda, et pené exigen(das) Capitibus huius Consilij, uerum declaretur, quod si quis Rector electus per dictas prouisiones posita per Capita de xl.ta contra

supscripta

suprascripta pacta, Priuilegia, uel Concessiones Sub litterarum nrum iam iusset, compleat terminum, pro quo fuit electus, et post redeat, et alias non eligatur nisi iuxta pacta, Priuilegia, uel Concessiones factas illi uero, qui electi fuissent, et non recessissent, non ualeant, et remaneant absoluti.)

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venet. etc.

Nobilibus, et sapientibus Viris, Jacobo Lauredano de suo m.to Locumtenenti Patriae Fori Julij, et successoribus suis fidelibus salutem, et dilectionis affectum. Grauati sunt coram nobis Fideles nri Homines Vallis Carneae, quod nuperrime essi iniunctis, quod mittant Operarios C.L.ta ad Canale Archi, ut contribuant et exbursent libras C.L.ta paruorum. nam asserunt nunquam similia munera habere consueuisse, nec immerito, cum habent sustinere, reparare, et refficere certos pontes, Stratas, et alia, ac etiam custodire tempore suspecto loca illa, et propterea supplicabant subueniri; Nos uero compatientes dictis Fidelibus nris, et habita Informatione re uera sic esse, ut nobis exposuerunt, deliberauimus, et uolumus, ut huiusmodi innouationes eis non fiant, et propterea uolumus, ut uobis mandamus, quatenus p dictos Fideles nros Vallis Carneae nullatenus molestari debeatis ad operarios praedictos, nec etiam ad soluendum denarios aliquos ea de causa, nec paenas contra eorum consuetudines, sed ipsas suas consuetudines plenè, et inuiolabiliter eis obseruari. Has autem

litteras

litteras in Actis Regiminis nostri registrari faciatis, et postea nuncio praedictorum Fidelium nostrorum consignari. (?)

Data in nostro Ducali Palatio die xxx. mensis Xbris.
Indictione xiiii. M.CCCC.L.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum et

Nobili, et Sapienti Viro Nicolao Contareno de suo mandato

1454 13. Augusti Locumtenenti Patriae Forijulij, Fideli dilecto, et dilectionis affectus,

Alias inclusam vobis misimus supplicationem quandam nobis

nuperrime porrectam parte Fidelium nostrorum de Carnea

qua conqueruntur quod deputati per praefatos Nobiles Comunitatis

Patriae ad distribuendum angarias in Patria occurentes volunt

eos de Carnea gravare contra eorum consuetudines ad contribuendum

dictis angarijs asserentes ad ea non teneri, producentes in eorum

favorem quasdam litteras nostras datas xxx Decembris. 1450.

quibus decrevimus, et mandamus, quod ad contribuendum

cavationi Canalis Arcis non cogerentur; quoniam non intende-

bant quicquam eis innovari, sed volebamus illos consuetudine

Carnea a Patria separata (?) sua conservari, et asserunt eos a Patria fore separatos, et

habere suas angarias, et onera seorsum, quia huiusmodi mate-

riam praedictas nostras litteras xxx. Xbris. 1450. decisa, et

determinata nobis videatur prosequerantis in ea sententia,

vobis mandamus, quatenus ipsos de Carnea non debeatis ad

huiusmodi onera astringere, sed conservare eos in eorum consuetu-

dinibus

diutius, et non permitatis esse aliquam innovari. Verum si aliter sentietis nos vestris litteris de mente, et sententia vestra reddite certiores.

Datum in nostro Ducali Palatio. Die xiii. Maij. Ind. ii. M.CCCC.Liiii

Nicolaus Tronus Dei Gratia Dux Venetiarum

1462
15 . . . Nobilibus et Sapientib. Viris Benedicto Venerio de suo mandato Locumtenenti Patriæ Forijulij, et Successoribus suis fidelibus dilectis, salutem, et dilectionis affectum. Audita controuersia uertente inter fidelissimos nostros Tulmetij, et Carneæ intellectisque eorum Iuribus, et tantum quantum quidquid eorum dicere exponereque uoluerunt satisfactione utriusque partium nobis respondentes dicimus approbare, et laudare omnia, quæ in re egistis, declarante pluria uobis nostri Domini intentionis esse. Itaque uobis efficacissime iniungere quod eiusmodi Statuta ad unguem penitus seruentur nec per falsam cuiusquam Interpretationem ullo facto infringantur, et quatenus factum esse uidetur, uolentes, uobisque expresse mandantes, ut quidquid contra eiusmodi Statutorum formam innouatum est, id totum integrum reduci faciatis, quia sic est penitus nostri Dominij intentio; ad aliam uero partem alienationis bonorum nostri

Concessio bonorum in perpetuum reuocari ...

Dominij per Castaldiones in perpetuum concessas et datas dicimus, id nobis non placere, uelleque ac nobis mandare, ut omnes concessiones ipsas reuocari penitus debeatis, quæ et nunc, et in futurum

67

in futurum dari, et concedi non possint, nisi pro tanto tempore, quanto durabit officio ipsorum Castaldionum, et ijs conditionibus mutuam istam nram locari faciatis: Has autem litteras nostras in actis Canc.ae vrae ad futurorum memoriam registrari faciatis, et registratas praesentanti restitui.

Datum in nro Ducali Palatio die xvi. Septembris Ind.e vi. M.CCCC.LX.ii.

Christophorus Mauro Dei Gratia Dux Venetiarum &

1464 13 Lp. Nobilibus, et Sapientibus Viris Nicolao Marcello de suo mto Patriae Fori Julij Locumtenenti, et Successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.

Communia, et Homines Tulmetij, et Vallis Carnee per eorum Nuncios, et Oratores, sic, quemadmodum videbitis per eorum supplicationem, quae his erit occlusa grauarent, quod nuperrime eis mandauerritis, ut contribuant ad conductam lignorum nrorum ab igne ad ispas, tamen, quia separati sunt a caeteris Patriae, et grauissimas patiuntur . . . pro se expensas, et grauidines, cum etiam ipsa de causa fuerint ab huiusmodi, et alijs mercitur exempti et supplicarunt subueniri.

Quare volumus, et vobis mandamus, quod dictam supplicatione videre, et Nuncios suprascriptos intelligere debeatis, et si comperietis eos per elapsum ad similia onera non contribuisse, sed exemptos, et separatos continue per elapsum ab alijs compatriotis

fuisse

fuerit, respectu expensorum, et onerum in ea supplicatione descripta eos etiam ad conductam dictorum lignorum grauari nullatenus debeatis, sed si uero aliter rem, quam contineat eorum supplicatio suprascripta comperietis, Nos aduisare, et isti usque praesentis mandatis exempti a praedictis oneribus remanebunt. Has registrari faciatis, et postea praesentanti restitui.

Datum in nostro Ducali Palatio Die 13. Julij. 1464. Ind. 12.

Christophorus Mauro Dei Gratia Dux Venetiarum.

Nobilibus, et Sapientibus Viris Angelo Gradenigo de suo mandato Patriae ForiJulij Locumtenenti, et Successorib. suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.

Coram nobis grauati sunt Fideles Subditi nostri Homines Vallis Carneae, quibus mandatum erat, quod mittant Operarios ad laborerium Plauis, quoniam huiusmodi onera consueti non sunt habere, nec immerito; cum habeant illi reparare, et reficere pontes, stratas, et plurima alia custodire suntque in montibus, et territorio sterile constituti. Quamobrem supplicarunt subueniri. Nos autem ipsis Fidelibus compatientes, et debitam informationem habentes decreuimus, et uolumus, et uobis mandamus ut uos a praedictis innouationibus illesos conseruetis, et ad praedictum laborerium Plauis nullatenus molestari debeatis, et has registratas Nuncio praedictorum Fidelium restitui faciatis.

Datum in nostro Ducali Palatio die 19 Septembris Ind. 2. 1468.

Joannes Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum, et

1482.
Nobilibus, et Sapientibus Viris Benedicto Trauisano de suo m.to Locumtenenti Patriae Fori Julij, et Successoribus fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.

Audiuimus supplicationem fidelium pauperum subditorum nrorum Vallis Carneae nobis porrectam per fideles nros Franciscum Virilis, et Dominicum de Buarta nuncios suos, qui deuote, et suppliciter petierunt, ut cum habitant in locis illis sterilibus, ex quibus, ut nos non latet, neque uinum, neque panem trahere possunt pro necessitatibus suis, et tenentur, et obligati sunt in ipsis locis custodire confinia illa importantissima, et reparare, et refirmare pontes, stratas, et alia cum non mediocri eorum impensa, velimus eisdem concedere, quod iuxta consuetudines suas non subiaceant obligationi mittendi uastatores, seu operarios ad exercitum nostrum contra Ferrariam.

Nos autem compatientes eorum inopiae, et calamitati, in qua sunt constituti, praesertim, uisis pluribus litteris nostris indultis absoluentibus Vallem ipsam ab eiusmodi oneribus, deliberauimus, et sic suadente Justitia, et aequitate uolumus, et uobis mandamus, ut suprascriptos fideles nostros Vallis Carneae supradictae nullatenus molestare, neque molestari facere debeatis ad mittendum uastatores, seu operarios praedictos, nec etiam ad mittendum pecunias ea de causa, quia sicuti praediximus, adeo sunt grauati, ut uix se, et familias suas sub=

stentare

Stantam posuint, uobis autem ad futurorum memoriam registrari fauit, et restitutas praesententi restituite.

Datum in nro Ducali Palatio die 28 Januarij. Ind.e p.a 1482.

1484. 4 xbre. Joannes Mocenigo Dei gra Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et Sapientibus viris Hieronimo Contareno de suo m.to Loc.te Patriae Forijulij, et Successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Daniel Ratimbers orator, fidelium subditorum nrorum Corneae nuper quaestus est, quod Praecessor uester, et uos etiam uultis eos compellere

Exentio tabular. ad contribuend. Citadella Gradiscae ad contribuendum certas tabulas pro fabricatione Citadellae Gradiscae, demonstrauitque nobis litteras, per quas eos exemptos, et immunes fecimus ab istis oneribus, et grauedinibus, quoniam ipsi habent curam fortificationis passuum, et aliorum fortaliorum in iurisdictione sua existentium, ac tenere exploratores, quandocunque necessitas exponit, et quia uolumus, quod promissa fidelitas ipsis inuiolabilem obseruantiam habeat. Propterea uolumus, et uobis expresse, et efficaciter mandamus, quod nullo modo permittatis hos fideles compelli ad aliquid dandum, seu contribuendum contra formam litterarum nostrarum eisdem concessarum, sed eos conseruari debeatis, ita quod non molestentur, et causam habeant fortilitia eorum conseruare, et fortificare, sicut est mens, et uoluntas nostri Dominij, Verum si quid innouatum

esset

esset contra eos in integrum restitui faciatis. Has autem ad futurorum memoriam registrari facite, et registratas praesentanti restitui.

Datum in nostro Ducali Palatio, die 9. Xbris Ind. 3. 1484.

Joannes Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum, etc.

1465
27 ...

Nobilibus, et Sapientibus Viris Hieronimo Contareno de suo mandato Locumtenenti Patriae Foriiulij, et Successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.

Saepe numero ad vos scripsimus, et mandavimus, ut non cogeretis, seu cogi faceretis fideles Subditos nostros Carneae ad aliqua onera in ista Patria nostra facienda, cum exempti, et immunes sint per Privilegia nostra illis concessa a contributionibus onerum faciendorum in Patria, sic requirente necessitate, et asperitate suorum locorum, quae semper indigent reparationibus, et varijs, et continuis oneribus in dies occurrentibus in partibus quest... sunt vos nuperrime eos cogere ad mittendos operarios pro evacuandis quibusdam gurgitibus, et ad assas conducendas, et quoniam non intendimus infringere eorum Privilegia, et Concessiones illis factas, auctoritate Consilij nostri Rogatorum volumus, et vobis mandamus, ut Privilegia, et Concessiones praedictas observetis, et observari faciatis ita, quod deinceps amplius non molestentur, per causam habeant molestam continue audientiam nostram, satis enim

ex tot

ex tot litteris, quas ad vos, et Precessores vestros misimus, vobis notum esse debet mens, et intentio nostra, et . . . eis observentur immunitates, et exemptiones nostre, et propterea tales vos geritis, ut hac de re amplius ad vos scribere non habeamus, cum præsertim pauperes fideles nri onerati satis, superque sint in solutione qua faciunt annuatim Dnio ducatorum mille ducentorum circiter, et in custodiendis, et reparandis tresdecim passibus sine aliquo auxilio Patriæ nostræ; nam sicuti vobis generaliter scripsimus, sic toto tam vos velle præcise servari suprascriptis fidelibus nostris Carneæ.
Has autem ad futurorum memoriam registrari facite, et instantis restitui.
Datum in nro Ducali Palatio die 27. Augti. Ind.e 3. 1485.

1486. 14 Giug. Augustinus Barbadico Dei gra Dux Venetiarum, et

Nobili, et Sapienti Viro Thomæ Lippomano de suo mandato Locumtenenti Patriæ Forijulij fideli dilecti salutem, et dilectionis affectum. Litteras vestras .9. instantis accepimus, quibus gratum admodum fuit nobis intelligere diligentiam, quam apponitis in mittendis operibus ad Azilinam iuxta mentem, et intentionem nostram. Qua de re vos plurimum laudamus, commendamus vos insuper, et quidem magnopere ob curam, et solertem diligentiam vestram, quam ad ea ad=

Chiel.

sibitis, quae ad commodum, et beneficium Dnij nri, et augumentum introituum nostrorum conferre possunt, et approbam quaecunque scribitis contra Gastaldiam Ciuitatis Austriae, et confectionem libri, super quo . . . omnes habentes feuda, et liuella a nostro Dominio nobis dicimus, et mandamus, et per uiam proclamationum, ut memoratis, et per omnem alium modum, et uiam possibilem perficiatis, quod circa hoc proponistis, et omnia ita reducatis, ut nulla amplius fraus committi possit cum damno, et diminutione introituum nostrorum; quod autem pertinet ad Citadellam Tolani meminimus alias nobis scripsisse, et libertatem dedisse, et ita Iterum nostras nobis damus eam, et prudenter consuluistis, demoliri faciendo, et lignamina, ac tegulas tectis accipi, et Gradiscam conduci, uti sub diligenti custodia seruari faciatis, ut in occurrentibus exigentijs possit operari, caeterum, ut respondeamus nobis circa loca Patriarchalia, et illorum de Carnea, quos, et quae scribitis nos uelle exempta nobis dicimus uelle, quod omnia loca tam exempta, quam non exempta contribuant, exceptis illis de Carnea ob rationes alias nobis declaratas; et ita mandamus nobis, ut pecuniae, quae tetigissent illis de Carnea, distribuere debeatis uniuersae isti Patriae uire proportionabiliter iuxta aestimum uniuscuiusque nos nouimus prudentam

Pars loci contribuat exceptis illis de Carnea

tem, et circumspectum, non dubitamus propterea, quin nostræ expectationi optime in omnibus corrispondeatur.

Datum in nostro Ducali Palatio die 14 8bris Ind.e 5ta. 1486.

Augustinus Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum, et

1485 16 febr. Nobilibus, et Sapientibus Viris Aloisio Vendramino de suo m.to Locumtenenti Patriæ Forijulij, et Successoribus suis fidelibus dilectis, salutem, et dilectionis affectum. Licet ex Privilegijs nostris, et etiam multiplicatis litteris satis clare, et aperte declarata sit intentio, voluntas, et dispositio nostra circa exemptionem Fidelium nostrorum Vallis Carneæ; attamen, quia in

In cavat.e Brente exempta Carnea. presentiarum videtur, quod in executione litterarum nostrarum ordinatis, ut ad cavationem foveæ Brentæ, et ipsi mittere debeant operarios pro sua contingenti portione, et iam pignora accepta fuere, vobis dicimus, et expresse declaramus ipsos fideles nostros nequaquam ad hoc teneri, nec declaratos esse propter eorum sidmam inopiam, et etiam quia tenentur custodire tredecim passus Montanearum suarum, ac eos in ordine teneri, et propterea eos ab ipsa cavatione, et ab alijs quibuscunque occurrentibus absolvimus, et absolutos esse volumus, et siquo tempore in genere vobis scriptum fuerit, quod astringeri debeant exemptos, et non exemptos, privilegiatos et non privilegiatos, hos nequaquam arctari debeant, sed sinatis eos frui, et gaudere exem=

ptionibus

tionibus suis, quia hec est intentio, voluntas, et dispositio nostra quam volumus per vos, et Successores vestros observari ad unguem absque alia interpretatione, et dilatione, et propterea pignora accepta, si que facta sunt restitui facietis absque expensas, quoniam adeo pauperes sunt, quod vix vitam cum filiolis suis ducere possint. Has autem nostras presentanti restituite.

Datum in nostro Ducali Palatio die 16. Februarij Ind. 7.ma 1488.

Augustinus Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum et c.

1488 29 feb. Nobilibus, et Sapientibus Viris Michaeli Navagerio Loci Locumtenenti Patriae Fori Julij, et Successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Per plures literas nostras predecessoribus vestris scriptum, et mandatum fuit, quod observari deberent exemptiones, et immunitates fidelibus nostris Carneae concessas ut, quod aliquam foveam, se aliquo ire non tenerentur, neque ad id faciendum compellerentur et hoc fecimus multis convenientibus causis, et respectibus; quoniam ipsi fideles nostri in locis sterilibus positi se extra loca ipsa ire haberent non possent propter distantiam loci, et etiam quia non haberent modum vivendi, quoniam miseri sunt, et vitam ducunt cum bestiolis suis et quia dicunt quod eos compellere vultis ad cavationem foveae,

qua

8.

quae de praesenti fit, vobis dicimus, et mandamus ut ab eis non debeatis exemptiones eorum; non enim intendimus, nec volumus quod contra ipsorum privilegia existentia, et concessiones arceantur, et compellentur.

Datum in nostro Ducali Palatio die 29 Augusti ind. 6ta 148[illegible].

Andreas Lauredanus Patriae Foriiulij Locumtenens.

1502. Spect. dil. nost. Per lettere altre nostre vi facessimo intender le provissioni, che per noi si haveano a fare a conservation de Passi

Custodia de passi. di quei confini, et avisi particulari vi replichiamo, che tutte quelle essequire dobbiate con ogni studio, et vigilantia, come ri[chie]de la fede, et devotione vostra verso questo Excell.mo

C.L. Stado, et se mai cosa festi con exacta sollecitudine, fate che in questa superate ogni altra, perche della fede et operation vostra l'Ill.ma S.ria et noi molto si promettemo che non mancarette punto di far ogni possibil provisione, che quei passi siano ben custoditi, et conservati, et per dar forma et modo, che a tal effetto si habbia seguire, mandiamo ad essi luoghi l'Ill.re S. Bartholomeo, et di compagnia sua va il Sp. D. Francesco Tolmezo in simil cose consumatissimo per veder essi luoghi, et dar forma si faccia tutte quelle provisioni che a lui pareranno espedienti, alquale prestarette quella fede in tutte le cose, che per lui saran esposte et arricordate, quanto

se fusse

72.

se fusse la propria persona nostra, mandando con lui tre, o quatro de uri Cittadini prudenti, et esperti, si per accompagnar la persona, si etiam per far dar effettiva essecutione a tutte le provisioni, che per lui saranno arricordate con quella più celerità, che sia possibile, non pretermitteremo iterum etiam replicarui, et arricordarui, che di qui in drio tegnir dobbiate qualche spia fuora a quella parte superiore, che facendosi qualche massa di gente in quella parte, ne habbiamo volontissimo auiso, ita che con tempo possiamo opportunamente prouedere, che alcun sinistro euento, et mouimento potesse dar nocumento ad alcun luogo dell' Ill.ma Sig.ria nostra. Voi intendete il voler nostro, ilquale con ogni vigilanza, et diligenza essequirete non tanto per conseruation di quei Passi, quanto per gloria uostra. Benevalete.

Utini die .5. Aprilis .1507. 1507

A tergo) Spp. dil. nost. Gastaldioni, et Communitati Tulmetij.

R.te di .6. Xmbre .1507.

1507. Quibus quidem litteris supranotatis die .6. Xmbris .1507. presentatis per Ill.mum D. Comitem Bartholomaeum Alvianum Prouisorem Ser.mi Dominij Dignissi.m una cum Sp. D. Francisco Tulmetano, et Joanne Francisco de Sbrotauaccha in eius comitiua super Consilio ad plenum congregato in Logia Palatij

Co[...]

